This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

G122.23

Harvard College Library



From the
CONSTANTIUS FUND
Bequeathed by
Evangelinus Apostolides Sophocles
Tutor and Professor of Greek
1842–1883

For Greek, Latin, and Arabic
Literature

LONGI

PASTORALIA.

GRAECE ET LATINE.

GRAECA AD OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM EMENDAVIT, ADNOTATIONES PRIORUM EDITORUM SELECTAS

INEDITAS

R. Fr. PH. BRUNCKII, GOD. HENR. SCHAEFERI, FRANC. BOISSONADII

ET SUAS ADIECIT

ERNEST. EDUARD. SEILER.

LIPSIAE 1843
IN LIBRARIA KUEHNIANA.
(T. O. Weigel.)

9122.23

HARVARD COLLEGE
JUL 29 1889
LIBRARY.

Constantius Junod.

PRAEFATIO.

Amatoriam, quae nomine Longi Sophistae vulgo inscribitur, fabulam *) quum ante hos tres et quod ex-

*) Nomen scriptoris Pastoralium non magis certum videtur esse quam aetas, qua vixit. Nam quum eius apud nullum Grammaticum aut Lexicographum fiat mentio, ex quo eius cognosci posset nomen, et optimus cod. A. in. exhibeat: *Λόγου ποιμενικῶν περὶ Δάφνιν καὶ Χλόην* et fine *τέλος Λόγου ποιμενικῶν* non abhorret a verisimilitudine Schoellii sententia, (H. L. Gr. t. III. p. 160. Vers. Germ.) ad quam etiam accedit Iacobs. Praef. ad Vers. Germ. p. 6, Longi nomen originem duxisse male lectis et intellectis vv. *λόγου ποιμ.* Favet eorum sententiae etiam illud, quod notavit Stephanus ad Appian. l. IV. c. 14. Hispan. t. III. p. 220. Schw. (quem locum mihi indicavit Schaeferus) „se vidisse duo illius scriptoris (Longi) exemplaria, in quorum uno titulum fuisse unicuique libro *Λόγου ποιμενικῶν*, quum in altero esset *Λόγγου*.“ Facile aliquis posset in eam incidere sententiam, Stephanum librum Monte-Cassinensem vidisse, si non unicuique libro illum titulum praefixum fuisse, et in iis, quae eius modo allatis verbis praecedunt, *quater* ab illius cod. librario *Λόγου* scriptum se reperisse dixisset. In Courerii contra libro bis tantum, initio et fine, *Λόγου* legi enotatum est. Praeterea, quod in transcursu addo, Stephanus se haec *Ποιμενικὰ* editurum esse promittit in eadem adnotatione. Sophistae autem quod ei praeterea nomen addidit primus Iungermanus, id nulla niti auctoritate affirmat Villoisonus Proll. p. III. Neque de tempore quo vixerit quicquam certi potest definiri; quod enim vulgo statuunt Longum scriptorem fuisse seculi IV vel V, id sine idonea causa fieri iure contendit Iacobs. l. l. pag. 6. Hoc tantum certum est, Theodor. Prodromum et Nicetam Eugenianum eum ante oculos habuisse saepiusque imitatos esse,

currit annos accuratius legerem et praeter Villoisoni et Schaeferi editiones etiam Romana Courerii editione uterer *), non inutilem ac supervacaneum laborem suscepturum esse eum intellexi, qui omnibus quae iam parata essent subsidiis criticis adiutus ad illam fabulam emendandam se conferret. Quamquam enim, qui inter priores editores optime omnium de Longo sunt meriti, Villoisonum dico et Schaeferum, ille codicibus et aliorum doctorum hominum **) opera adiutus, hic ingenii acumine et doctrina, multis locis emendatiorem exhibuerunt istum libellum, restabant tamen multa eaque inveterata vitia, quae antiquissimorum demum a Courerio collatorum librorum auxilio poterant tolli, quod ne ab eo ipso Courerio ubique esse factum quivis intelliget, qui eius editionem accurate perquisiverit. Illorum autem codicum alter quum solus contineat integram istam fabulam omnesque ante Courerianam editiones omnibus iis, quae hac in editione l. I. c. 13—19. leguntur, carerent et quae post repertum supplementum prodiit editio Passowiana, id ipsum supplementum, quum esset descriptum e vitioso illo et negligentissime excuso apographo, quod scorsim Courerius cum Hieronymi Amati versione Latina edidit, multis erroribus exhibeat inqui-

---

quod ex locis in adnotationibus allatis intelliges. Posteriore loco quem nominavi scriptorem, breviter enarrat nostrae fabulae argumentum l. VI. v. 429 sqq. Quod autem nonnulli etiam Eumathium eum imitatum esse contendunt, id velim, quo iure faciant, demonstrent.

*) Rarissimae huius editionis exemplar, quod ab ipso Courerio dono acceperat Schaeferus, nunc asservatur in Bibliotheca Academica Lipsiensi. Est numero 41. signatum.

**) Huetii, Valckenarii, Wyttenbachii, Hermanni Tollii, Hinlopenii. V. Vill. Proll. p. LXXX.

natum, etiam hanc ob causam non acta acturus esse mihi videbatur is, qui novam huius Erotosophistae pararet editionem. Atque illo iam tempore Longi edendi mihi subnatum est consilium, quod ne exsequerer, fecit, quod Longi ut ceterorum Eroticorum fabulas in collectione Teubneriana edendi susceperat provinciam vir elegantissimus et si quis alius ad id negotium idoneus Franciscus Passowius; quo demum ab inexorabili morte abrepto, rursum de edendo Longo cogitavi, in quo quidem consilio me egregie confirmavit Vir Summus Godofredus Henricus Schaeferus, qui quae eius est in me benevolentia mihi ultro obtulit non exigua ad novam editionem parandam subsidia, quae maximo huic editioni ornamento esse gaudeo. Sunt autem ea: 1) plures Viri Praestantissimi adnotationes ineditae, quas ego omnes auctoris nomine signatas excudendas curavi; 2) animadversiones *Brunckii*, quas continet, ut refert Sinner. Praef. p. XII, cod. msc. chartac. pp. 26. 4° num. XLIV. inter Brunckianos in Bibliotheca Paris., qui est inscriptus: „Remarques sur la nouvelle édition de Longus.“ Has autem adnotationes in usum Schaeferi, qui novam tum moliebatur Longi editionem, descripserat anno h. s. XII. iisque plura ex suo penu addiderat bonae frugis plena *Franciscus Boissonadius*, vir uti doctrina ita ingenio insignis. Etiam has Boissonadii notas omnes easque integras excudi placuit. Brunckii autem, quas quidem iam excerpsit Sinnerus, plerasque ipsius verbis expressas addendas putavi non ingratum viris doctis fore arbitratus, si hominis acutissimi et elegantissimi de quoque loco sententiam ipsius verbis comprehensam possent cognoscere. Ceteras autem, in quibus simpliciter suas coniecturas proponit, excerpsi. Continebat prae-

terea apparatus iste *Friderici Iacobsii* de pluribus locis coniecturas, quas quum Vir Summus versioni suae Germanicae subiunxerit, pauca tantum quae poterant recipi, supererant.

His ego egregiis auctus copiis statim me ad textum huius scriptoris corrigendum contuli. De quo scriptore, a multis prioribus praesertim temporibus pluris quam par est facto *), ab aliis contra nullo omnino in numero habito, quid sit iudicandum quidque de eius scribendi genere sit statuendum quaeque eius fuerit vis in prima hodiernae poeseos Romanensis initia, quum ab aliis **) iisque ea in re gravissimis viris sit dictum, ea re explananda eo facilius supersedeo, quo magis ego, quum exigua tantum mihi sit cum eo poeseos genere consuetudo, quam mediocria et tenuia, si cum iis quae illi tali in re versatissimi praestiterint viri comparentur, prolaturus sim sentio. Hoc tantum dixisse sufficiat, Longum quemadmodum argumenti quod tractat ratione, ita simplicitate et elegantia puroque sermone ceteros omnes Eroticos ipsum adeo Heliodorum horum scriptorum principem antecellere, id quod ab illis ipsis viris

*) V. c. a Mureto VV. LL. IX. 16. et quos afferunt Villois. Proll. II. sq. et Chardon. la Rochette Mél. t. II. p. 38.

**) Huet. Traité de l'origine des Romans. Paris 1711. pag. 123—129. Villoisonus Proll. Chardon. la Rochett. Mél. t. II. p 37. sqq. Manso Verm. Schriften t. II. p. 201 sqq. Schmidt Wien. Jahrb. t. XXVI. pag. 25. Schoell. Hist. Gr. Litter. t. III. pag. 160 sq. Dunlop the History of fiction t. I. pag. 55—75. apud Sinnerum pag. XXXIX—LVII. Sed optime omnium quos legi Iacobs. Praef. Vers. Germ. Longi, quae prodiit Stutgardiae a. 1832. 12°. pag. 1—14. quibus adde quos libros non vidi quosque Sinnero auctore pag. XXV. affero: Boissonade Biographie univers. t. XXV. p. 21—23. Villemain Essai littéraire sur les Romans Grecs in Collection des Romans Grecs Paris. Merlin. p. 34—44. Struve Abhandlungen und Reden. Königsb. 1822.

satis est explicatum; quamquam hic illic et in oratione et in ipsa fictione luculentissima inclinantis Graecitatis corruptique pulchri sensus apparent vestigia, quod posterius Schaeferus, Brunckius et Courierius non raro in adnotationibus acerbe notaverunt. Sed, ut unde defleximus redeamus, quum primum ad novam Longi editionem parandam animum appuli, Graeca tantum scripturae diversitate omnium librorum accurate examinata, cum illo a Schaefero mihi tradito apparatu et integra lectionis varietate edere constitui. Quod quidem consilium cur mutarem fecit et viri honestissimi, cuius sumptibus haec editio prodiit, voluntas et virorum quorundam, quorum apud me magna est auctoritas, adhortatio, ut Villoisoni commentarium typis recudendum curarem. Quorum quidem virorum ita sum obsequutus voluntati, ut non integras illas neque omnes rursus typis describi iuberem adnotationes, quod parum e re fore intellexi, quum multae aut prorsus falsae aut tritissimae satisque hodie decantatas res contineant, fere omnes autem mira et paene fastidiosa verbositate conceptae sint *); sed vanis omnibus aut doctorum hominum laudationibus, aut editorum praecipue Mollii, in quem mire quidem quamquam non iniuste Villoisonus invehitur, vituperationibus et omnibus quae non ad rem facere videbantur, omissis, eas tantum reciperem, quibus aut explicetur

*) Verum est Boissonadii iudicium Biograph. univers. t. XXV. p. 22. quod attulit Iacobs. Praef. p. 15.: „Il est juste d'observer, que les notes sont trop longues, non pas parce qu'elles occupent beaucoup de pages, mais parceque ce sont des pages à peu près vuides, ou, ce qui revient au même, enflées trop souvent de notions vulgaires, d'emphatiques éloges et d'une foule de petites choses exprimées avec une fatiguante verbosité."

scripter, aut quae res etiam hodie scita dignas contineant, aut quas saepius a viris doctis cognovissem citari. Hoc autem ita a me administratum esse negotium spero, ut quicunque eam in rem accuratius inquisiverit, concedat, vehementer quidem diminuta adnotationum illarum amplitudine externa, a re nihil esse detractum, neque quicquam reclusum quod quis vellet receptum. Sed praeterea, quod ego nonnulla eorum, quae Iungermanus ad Longum contulit, duxi recipienda, nemo me facile reprehendet, qui ea recte aestimaverit; neque aliter opinor iudicabit iudex aequus ac iustus de paucis illis quae ex Courerii, Passowii cet. attuli copiis. Quoniam autem illas Schaeferi adnotationes ineditas fere omnes additamenta esse adnotationum eius editioni subiectarum vidi, e re mihi videbatur esse etiam eas ipsas iam editas adnotationes, ad quas illa pertinent additamenta, recipere. Cuius rei causa quum Virum Egregium adiissem, et non solum eas tantum typis iterum describendi sed quotquot mihi placerent veniam impetravissem, non cunctanter plerasque quas editioni addiderat notas descripsi, praesertim quum quod sciam pauca tantum eius editionis exempla restent divendenda. Quod autem Latina adiecta est versio, quam e Molliana et Iungermaniana composuerat Villoisonus quamque ego correxi et ad quem exhibui textum conformavi, id et mea et librarii voluntate factum est, quum ex ea, quemadmodum quemque explicandum censuerim locum, possit cognosci et hac ratione in adnotationibus accuratiore explicatione potuerim supersedere.

Haec fere sunt, quae mihi de huius editionis origine et ratione erant dicenda. Restat ut de libris manu scriptis, quibus editores in corrigendo et constituendo tex-

tur usi sunt, quanti sint pretii, et quae eis intercedat cognatio, quoad eius fieri possit, explicetur. Qua quidem de re per se satis difficili atque implicita, quam nuper accuratissime egerit omni scripturae diversitate primi libri congesta et diligenter examinata *Struvius* in Censura editionis Sinneri in: *Zeitschrift für Alterthumskunde* a. 1834. n. 68—72. p. 549—576. faciliore opera rem profligare potero.

Primus Longum in lucem vocavit Raphael Columbanius, qui cum e codice Aloisii Alamannii Florentiae apud Philippum Iunctam typis describendum curavit, quae editio hunc habet titulum: *Λόγγου Ποιμενικῶν, τῶν κατὰ Δάφνιν καὶ Χλόην βιβλία τέσσαρα. Longi Pastoralium de Daphnide et Chloe libri quatuor. Ex Bibliotheca Aloisii Alamannii. Florentiae, apud Philippum Iunctam.* 1598. in 4° pagg. 98. Quum quae exposuit Columbanius de ratione, quam ad principis huius editionis textum constituendum iniverit, memoratu digna sint, ea quemadmodum retulit Villoisonus Prol. p. LI. sqq. (nam rarae editionis huius copia mihi non facta est) hic describam: „Narrat autem Columbanius in Epistola nuncupatoria, sibi, cum haec Longi Poemenica diligenter legisset et cum doctis sane viris lectionem illam communicasset, ita arridere coepisse hunc auctorem, tum ob sermonis puritatem atque elegantiam, tum ob materiae festivitatem, ut prope facinus se admissurum fuisse duxisset, si (quantum in se esset) huiusmodi opus diutius in tenebris delitesceret; praesertim cum sciret illud a studiosis vehementer desiderari. Verum enim vero, inquit, duo me scrupuli male habebant: alter, quod cum Alamannii codex sollerter a quopiam collatus antea fuisset cum alio exemplari, nonnullaeque variae

in eius margine lectiones appositae essent, non valde mihi perspicuum atque compertum erat, num esset quandoque a contexta recedendum illis in eius locis receptis, quae in margine legerentur. Qua in re operam mihi suam non ingratam illam quidem navarunt viri omnium literatissimi atque officiosissimi Herricus Cuffius Anglus ac Marcellus Adrianus Florentinus. Horum etenim perspicaci iudicio meum reddidi exemplar quam fieri potuit maxime expurgatum. Alter scrupulus erat, locos aliquot, qui manci esse videbantur ut qua ratione possem ope alicuius fideliorís exemplaris restituere ac vulnera, quae lucundissimo scriptori inflicta forent, penitus sanare. Cui profecto rei vir doctissimus literisque humaniorĭbus restituendis natus, Fulvius Ursinus, magno quidem auxilio fuit; quippe qui nostrum codicem cum tribus suis mss. Romae contulit, lectionumque diversitates ad nos transferendas amantissime curavit: totum tamen ex animo meo scrupulum evellere nequivit. Si qua igitur loca mutila adhuc restant, alius quispiam codices nactus fideliores, iis medicinam afferet suumque nitorem ac dignitatem pulcherrimo auctori aliquando restituet. Ego quod potui, id alacriter seduloque praestiti. Ad calcem vero operis, scripturae varietates tum nostri codicis tum Ursinianorum attexui, quo lectori, eius quam vellet lectionis sequendae optio daretur. Quibus nonnulla etiam, te praecipue iubente inserui; paucula mehercule ac tenuia, quae dum liber excuderetur, in rudiorum gratiam obiter adnotanda succurrerunt." — Ex his mihi videtur existere, Columbanium non accurate ubique codicem Alamannii descripsisse, (qui liber a Columb. siglo N, a Villeis. contra, ut etiam hac in editione factum est, *Flor.*

significatur), sed nonnunquam pro suo vel duorum illorum amicorum arbitrio, etiam marginales scripturas in textum recepisse, ita ut editionis principis textus conflatus sit e duobus codicibus, e libro Alamannli et ex eo, e quo marginales illae scripturae fluxerunt. Ex quo fortasse colligas, omnibus iis locis, ubi variare dicitur Flor., receptam esse a Columb. marginis scripturam. Utrum etiam coniecturis locum in editione sua concesserit, quod fortassis coniicias e verbis: „horum enim perspicaci iudicio meum reddidi exemplar quam fieri potuit maxime perpurgatum," neque certo affirmari neque certo negari potest; quamquam si tecum reputaveris, qua diligentia editionem paraverit, ut ex eius verbis patet, facile licet concludere eum non dissimulasse nec reticuisse, si proprio Marte aliquid ausus fuisset *).

*) Tres de vulgatae ratione Struvius pag. 560. proposuit sententias, quarum quae sit vera habenda se nescire sit I. Editio princeps exhibet accurate textum codicis; et variantes lectiones sunt marginis, quae sententia videtur esse Villoisoni. Cf. Proll. p. LXXI. II. composita est e textu codicis et marginalibus scripturis, et variantes sunt tum textus tum marginis prout alterutra recepta est. III. Sunt etiam in ea coniecturae Columbanii, et variantes sunt spretae sive marginis sive textus lectiones. Quod primo vir doctissimus posuit loco, id negari oportet, quum si hoc voluisset Columb., neque amicos adhibuisset neque scribere potuisset, se amicorum illorum iudicio quam maxime correctum exhibuisse textum. Eorum, quae secundo et tertio posuit loco, utrum statuendum sit incertum est, sed quod enotatam variam lectionem et marginis et ipsius libri esse posse dixit; quanquam hoc nonnusquam factum esse negari non potest (v. infra), est tamen credibile, si, ubicunque marginis lectione spreta textus lectionem amplexus est, illas etiam enotavisset, plures var. lectiones eum attulisse, (perpaucas enim attulit) quum *sollerter* comparatum fuisse exemplar illud Alamannii cum alio codice affirmaverit. De duobus autem codicibus, quos habuerit Columbanius, cogitari non posse, recte contendit Struvius. Quod enim de duobus Florr. legitur l. I. c. 19. et l. II. c. 15. in. id scribentis aut Villoi-

Qui post Columbanium primus novis subsidiis criticis instructus ad Longum edendum se contulit Villoisonus, is tres codices Parisinos et accurate quidem contulit, ut etiam testatur Sinnerus Praef. p. XIII. qui eas rursus videtur inspexisse. Cuius viri docti quamquam non exigua sunt de Longo merita, praefulgent tamen *Pauli Ludovici Courerii*, viri non minus summo quod in eo erat ingenio, quam vita et tristissima morte nobilis. Qui quum in Bibliotheca Florentina in codicem illum, qui solus nobis Xenophontem Ephesium et Charitonem servavit, incidisset atque in eo, quae ad ista usque tempora desiderabantur in primo huius fabulae libro reperisset, ea descripsit, illudque supplementum multis commaculatum vitiis et ipsius coniecturis in verba illatis cum versione Hieronymi Amati hoc titulo edidit: *Λόγγου Ποιμενικῶν ἀποσπασμάτιον μέχρι νῦν ἀνέκδοτον.* Rom. ap. Linum Contedinium. 8°. 7. plag., quod saepius magis minusve vitiatum typis repetitum est. Enumeravit eas editiones Sinner. Praef. p. XIX. sq. easque in adnotationibus ad Supplem. siglo *edd.* significavi. Postea quum Romae alium codicem nondum collatum excussisset, integram huius scriptoris paravit edit. Romae 1810. apud Linum Conted. 8°. pp. 187. cum duob. additamentorum plag. Quum LII. tantum exemplis constaret editio tota, quorum dimidium fere paulo post tollebatur, perpauca tantum eius supersunt exemplа *), Accura-

soni aut Columbanii error videtur esse, Haud dubie intelligendi sunt illic libri Ursini.

*) Satis notum est Courerium in describendo supplemento illo plagulam illam codicis atramento commaculavisse magnasque inde rixas esse exortas inter ipsum et bibliothecae custodes: quas enarrare quum taediosum sit et parum

tissime,*) autem eam rursus typis descripsit Ludovicus de Sinner.: *Longi Pastoralia e codd. mss. duobus Italicis primum Graece integra edidit P. L. Courier. Exemplar Romanum emendatius et auctius typis recudendum curavit G. R. Lud. de Sinner. Paris. Didot* 1829. pp. 212. et LVII. 8°.

Commemorantur igitur in adnotationibus libri hi:

I. Codd. Columbanii: Florentinus, Ursini tres (Flor. Urs.). De his nulla exstat descriptio accuratior.

---

utile, id ego missum facio, praesertim quum omnes hodie quod aequum et iustum est de Courerio sentiant. Etiam quod Passowius, ut multi alii tum temporis, in Praefat. p. 24. de eo iniquissime iudicavit, eius eum postea poenituisse certo scio. Qui de tota ea re volunt accurate edoceri adeant praeter: *Renouard, notice sur une nouvelle édition de la traduction française de Longus par Amyot, et sur la decouverte d'un fragment grec de cet ouvrages*, Paris. 1810. 8. 16. (qui libellus conscriptus est contra Furiam Courerium summae insimulantem malitiae in scriptione quae inscripta est: *Della scoperta e subitanea perdita di una Parte inedita di Longo, fatta in un codice dell Abbazia Fiorentina, ora esistente nella publica Imp. Bibliotheca Medico-Laurenziana [con disegno della pagina viziata nella sua vera grandezza.] Quaesivit lucem ingemuitque reperta*) et *Courier, Lettre à M. Renouard libraire sur une tache faite à un Ms. de Florence. Tivoli* 1810. 12. quae epistola repetita legitur cum monito brevi in calce Versionis Courerianae, quae prodiit apud Merlin 1825. 16° p. 337., etiam ea quae praeterea afferuntur a Sinnero Praef. p. XXIV. et a Schoell. H. Litt. Gr. t. III. pag. 164. Adde Iacob. Schulzeit. 1829. II. n. 96. Ceterum, qui factum sit, ut tam pauca huius editionis supersint exempla, disces e Courerii Mém. t. II. Nr. 37. Vix autem opus est commemore, variantes supplementi lectiones Ciampio a Furia exhibitas a nullo pro vera codicis scriptura posse haberi post ea, quae dixit Courer. in: *Lettre circulaire sur les prétendues variantes du manuscrit de Florence communiquées à M. Ciampi par M. del Furia*, quam epistolam recudendam curavit Sinner.

*) Praeter ea enim, quae ipse Sinner. attulit in Corrigendis, nullum errorem deprehendi quum hanc editionem cum Romana conferrem, nisi p. 27. l. I. c. 21. pro *K. μ. δὴ χύναϛ*, A. leg. *T. μ. δ. χύνᾶϛ* A. et p. 137. l. IV. c. 21. *φυλασσόμενα*. de quo dictum in adnotationibus.

II. Codd. Villoisoni: Parisini tres, quorum tertius etiam marginales exhibet lectiones. [Par. I. II. III, mrg. Par. III.]. De his libris autem haec adnotat Villoisonus Proll. pag. LXX.: „Tres illi codices, quorum primus in folio, numero 2895, secundus in 4°, n. 2903, tertius in 12°. n. 2913. notatus est, [hodie ut testatur Sinner. pag. XIV. praef. 2895. fol., 2903. in 4°, 2913. in 8°.], quamvis recentissimi, et XVI. seculo scripti, plurimas easque optimas lectionum varietates nobis suppeditaverunt. Ut ordine, sic variantium lectionum copia et praestantia ceteros anteit primus, quem satis longo sequitur intervallo secundus, illis multum cedit tertius, longe infra ultimo ponendus loco et in cuius fine sex versiculi desunt, et haec, eadem qua exaratus fuit manu, subscripta sunt: „Romae ad Fulvii Ursini exemplar emendatus, 1597, amore, amoris tui". Enimvero non paucae ad eius marginem coniectae sunt variae lectiones et emendationes, quas omnes vitia textus in hoc cod. frequentissima compensantes exhibuimus, quarumque pars incerti earum auctoris ingenio, vel ignotis codicibus, pars vero Ursini, qui non semel in iis laudatur, exemplari debetur, nec e Florentinae editionis collatione, quae sequenti anno prodiit, derivari potuit; quem nostrarum animadversionum p. 46. errorem hic corrigimus. In primo autem codice, Longo subiunctus est Eumathius, ut in tertio Achill. Tatius, et in secundo, primi eiusdem Tatii libri initium usque ad p. 60. Boden."

III. Codd. Courerii: Monte-Cassinensis et Romanus [**A. B.**]. De his libris haec pauca affert Courerius: „*Τῆς παρούσης ἐκδόσεως πᾶσα ἡ γραφὴ ἐκ δύο ἀντιγράφων συνείλεκται, ὧν τὸ μὲν αὐτῶν ἐν Φλωρεντίᾳ παρὰ τοῖς μοναχοῖς τῆς οὕτω καλουμένης Φλωρεντίνης Ἀββατίας ἀπὸ παλαιοῦ ἔκειτο, χθὲς δὲ, καὶ πρώην εἰς τὴν ἐκεῖ Ἀγυρεντιάνην μετήνεκται, μέχρι νῦν ἀμεληθὲν καὶ ἀνεξέταστον πρὸ ἡμῶν· τούτου τοίνυν τὴν γραφὴν αἰνίττεται τὸ παρ' ἡμῖν* **A** *στοιχεῖον. τὸ δὲ ἕτερον τῶν προειρημένων ἀντιγράφων, ἐν Ῥώμῃ ἐν τῇ τοῦ Οὐατικάνου βιβλιοθήκῃ νῦν ἀποκείμενον, τῷ* **B** *στοιχείῳ ἐν τοῖς ἑξῆς σημαίνεται.*“ Codicem **A** descripserunt Anton. Cocchius in praef. ad Xenoph. Ephes. (cuius vv. repetiit Dorv. praef. ad Char. pag. IV. Lips.) Iacobs. ad Achill. Tat. pag. LXXII. Franc. del Furia praef. ad fabul. Aesop. pag. XXXII sqq. qui eius etiam exhibuit specimen. Antiquissimus hicce et nitidis minutisque exaratus litteris codex continet inter Theodori Ducae, Athanasii aliorumque libros sacros praeter Longum etiam Achill. Tatium, Charitonem et Xenophontem Ephesium. De codice autem **B** nulla a quoquam exhibita est descriptio. Praeterea etiam in Vaticana bibliotheca asservari Longi codices auctor est Courer., qui, ut idem refert, ex illo **B** sunt descripti, cui quidem sententiae an fides possit haberi, dubitari potest.

Praeterea afferendus est Codex Amyoti, cuius tamen libri quae afferuntur lectiones, quum ex eius versione

tantum possint cognosci, non iis ubique magna fides habenda est, praesertim quum observante Courerio in praef. ad Vers. Gall. p. VI sq. in nostro scriptore transferendo non admodum magna usus esse videatur diligentia.

Hos libros omnes non unius eiusdemque esse familiae ut recte a doctis hominibus creditum est, ita in eo falsi sunt (Schoell. Hist. L. Gr. t. III. p. 161. 163. Sinner. praef. p. XV. Iacobs. praef. p. 14.) quod solum **A** uni tribuerunt familiae, alteri autem ceteros omnes assignarunt; id quod praeclare intellexit et accurate explicavit Struvius l. l. col. 554 sqq. qui praeterea recte docuit, si ex sola lacuna illa codicum classes essent constituendae, non duae sed tres statuendae essent familiae, aliis libris maiorem exhibentibus illam lacunam, aliis minorem. Sed comparatis atque diligenter examinatis diversis omnium codd. scripturis, quantum quidem sunt enotatae, luculentissime patet, unum Ursini librorum eiusdem esse familiae atque **A**, quod significavi ad l. III. c. 7. s. v. *πτοίων δή*. Sed uti hoc loco magna difficultas in eo est posita, quod nusquam, quoties ab editoribus adnotantur Ursinianî, certo est definitum ex quonam libro Urs. ea afferatur diversitas et in plerisque locis unus tantum commemoratur in paucis duo, nusquam autem omnes tres, sic etiam disquisitionem hanc reddit impeditiorem, quod neque Ursinîani libri accurate sunt collati, sed aliquot tantum locis ab Ursino in auxilium vocati (v. Struv. p. 555.) neque Courerius omnem e libris enotavit scripturae diversitatem, quod et ipse fatetur ad. l. 16. *ὅτι τολμηρὸς πάνυ καὶ ἀμουσότατος ὁ βιβλιογράφος* [cod. **A**], *ὅλας ἔστιν ὅτε διαφθείρει τὰς ῥήσεις, μεταγράφων ὡς ἂν θέλῃ, καὶ δὴ καὶ συνεχέ-*

στατα μεταβιβάζων κόμματα καὶ ῥήματα, εἰδείη ἂν ὅστις ἐπεύξεται τῇ βίβλῳ. Παρεμβύει γάρ τινας ὁ ἀνὴρ οὐ διαφόρους γραφάς, ἀλλ' ἰδίας αὐτοῦ ματαιολογίας, ἃς ἡμεῖς γε ἁπάσας ἐπεγράψαμεν, ἐκδεδόναι δὲ οὐκ ἄξιοῦμεν, καὶ οὐκ ἔχρην, εἰ μή τις μιαίνειν σπουδάσειε τοὺς χάρτας, ὅπου γε ἂν ἔχωμεν αὐκ ἀμφιλόγων ἐξ ἄλλων ἀντιγράφων τὴν ὀρθὴν ἀνάγνωσιν. et non minus ex eo intelligitur, quod in notis ad Asinum Luciani et ad Vers. Gall. novas attulit lectiones e suis libris, quam ex eo quod multis locis de illis codicibus tacet, ubi alius editor quid exhibeant non reticuisset *). Cf. Struv. p. 504 sqq. Quod igitur supra affirmavi, unum Ursini librum eidem familiae cum A esse adnumerandum, quo iure id dictum sit

*) Quum Courerianorum liberr. variantes enotarem scripturas, omnibus iis in locis, ubi nihil Courer. adnotavit, etiam libros eius cum textu ab illo recepto consentire credidi. Quapropter factum est; ut ubi priores editores vel ex ingenio vel e libris mutaverint scripturam idque mihi esset notandum, etiam ubi ille de suis libris tacet, modo eam receperit scripturam, eius libros tanquam assentientes et confirmantes attulerim. Sed postea talibus in locis, ubi non disertis verbis codices suos affert, ubivis *fortasse* vel *fort.* vel *ut videtur* vel similem notam addidi, ex quo possit cognosci, Cour. eam quidem lectionem recepisse vel servasse, nihil autem de libris suis dixisse. Addenda autem illa est nota: l. I. c. 1. *διαχοσίων* 5. *συλληψόμενος.* 11. *ὀργυιᾶς.* 12. *τῆς καταφορᾶς.* *ib.* *ὁ μὲν δὴ τὸν ἀνιμησόμενον.* *ib.* *ταῖς τῆς ταινίας ὁλκαῖς.* *ib.* *τυθησόμενον.* 19. *καὶ ἔργων.* *ib.* *ἐπηγγέλλετο.* 22. *τὰς ἐπαύλεις.* 23. *περιεργασάμενοι.* 29. *χαρίζομαι δέ σοι* l. II. c. 4. *πράγματα.* 5. *θεασάμενος.* 39. *ἀπόλος* l. III. c. 12. *ὑπανθούσης.* Praeterea notandum mihi est, ubivis Cour. utriusque codicis adnotavisse scripturam, etiam ubi alteruter cum vulgata consentiat; id in meis adnotationibus factum non est. Quibus igitur locis unum tantum Courerianorum librorum enotatum reperis, ibi locis alterum aut cum vulg. aut cum ceteris libris, quod ex quovis loco potest intelligi, facere putabis.

**

ut intelligatur, differantur iam omnes signo *Urs.* allatae diversitates scripturae, et primum eae, in quibus cum A conspirat:

Proem. 1. *εἰκόνα* 1. 1. *τομίσαις.* *ib.* om. *ἐκ.* 3. *εἶδε* 5. *ἀκλαυτὶ* 7. *ἤδη τε ἦν.* 8. *ἴσως* om. *ib. ἐπιμένειν.* 9. *οἱ ἀπαλοὶ.* 10. *ἀκριδοῦ ἦκην.* 11. *πολλὰ ἤρπαζε.* 19. *τυφοὺς* om. 21. *κατὰ τοῦ δέρματος.* 25. *ὅπως δεῖ.* 26. *αὐδοντα περὶ τὴν θάλ.* 29. *χεσμένον.* 32. *τὸν Δόρκωνα.* II. 1. *ἐπλεκεν.* *ib. δὲ* post *ἀμπέλ.* 2. *αὖλον.* 9. in accus. *ἀγρυπνίαν.* (A quidem corrupte *ἐξαγρυπνίαν.*) 10. *πρὸς.* 11. *προσβολήν.* 12. *ἐνεκαύσαμεν.* 16. *τρέχοντες.* 18. *διωκόντων δή.* 20. *καταφεύγει.* 26. *ἐκαθέρα.* 29. *αὐτῆς τῆς ν.* 30. *ἀνείσμεται.* 32. *ἡμῖν ἦδεν.* 33. *ὁ ὄν Δάφνις.* 30. *στέρξειν.* III. 8. *κόψεσθαι* ubi v. *ib. τὸ ἐνεργόν.* *ib. καὶ ἡ.* 9. *ἀνεπαίετο.* 11. *προέπεμπον.* 13. *κάτω στήσαντες.* 14. *φιλήσουσιν* ἓν *ib. ἔκλαεν.* 18. *περιειργάζετο.* 25. *μὲν.* *ib. παρθενίας.* 26. *δὲ που.* 28. *κυμαινωγῆς.* 29. *αὖθα ὑμῖν.* 30. *ἡ μὲν δή.* *ib. τὰς βοῦς.* *ib. κατειργάζετο.* IV. 25. *σὲ θέλει εἶναι.* 29. *Χλόη* servat. 33. *ἐξέπλησσε.* Ad quos locos fortasse adnumerandus I. 7. *τοιόνδε τι τὰς Νύμφας,* ubi in eo tantum dissentit A, quod post *τι* spatium habet. Omnibus his locis Codr. cod. A. attulit lectionem. Multi autem sunt loci ubi ex Urs. receptam lectionem in textu exhibuit nihil tamen de suis proferens v. c. I. 1. *διαχοσίων.* 9. *εὐωρίας.* *ib. ὀργυιᾶς.* 12. *τὰς τῆς ταινίας θλικάς.* 21. *τὸν Δόρκωνα θλακτήσαντες.* 22. *τὰς ἐναύλ.* 30. *δύο βοῶν κεράτων.* 32. *ἐπέλαινον.* II. 5. *θεασάμενος.* 11. *εἰδότες.* 12. *ἐπανθούσης.* 21. *κατεμέμφετο.* 22. *νεμῆσθε.* 23. *παρεπλευσάντων* etc.

Discrepat Urs. ab A et conspirat cum B his in lo-

cis. I. 25. ῥύμης. ἡ ἐσθὴς. I. 27. πάσι τοῖς βουλομένοις. II. 10. ἐνθυμήσασι δή. 11. κεκλέονται. 12. ἐπηκῆσαι B. ἐνικῆσαι. 27. βοῶν καὶ αἰγῶν καὶ ποιμνίων. 31. ὑποσπορέσας. III. 21. ὑπερκείμενος. 25. ἤναγκε. In quarti libri initio, ubi lacuna est in A, consentit cum B 2. ὑπὸ τῶν. A. ἐσχόλαζεν. 9. καὶ ὅσα τῷ ἀπόλλωνι. 15. νεύσασαι. 16. κελεύοντος. 33. μέγα πλουτίσειν. — Consentit Urs. ab A, dissentiens cum Pars. his in locis: cum Par. I. et II. ἐξεφίλει. l. I. c. 24. cum Par. I. et III. ποιμενικόν. l. II. c. 25. ἄδουσαν τὰ μέλη. III. 23. cum III. ἐπιβουλήν. I. 21. εἰς τὸ λοιπὸν ib. c. 23. cum Flor. καὶ αὖτοι. l. I. c. 8. ib. ἀναφέρουσα ibid. His omnibus in locis codicem A aliam exhibere lectionem enotatum est. Sed videntur etiam his in locis, ubi nihil a Cour. dictum est, Urs. et Flor. ab illo dissentire: c. 11. ἐνέκαυσε. 20. ταύτην εἶχε τὴν ἐλπίδα. 21. ἀνακαλέσαντες συνήθως. 26. ἐπ' ἐκείνῃ. 27. ἐν ἴλῃ. l. II. 16. λύγων. Ab omnibus autem libris videtur discrepare Urs. l. I. c. 1. ἐπ' ἠϊόνος. 4. δεινυσμένων. 8. διὰ καί. 19. γαμικῶν. 25. ὡς σὺ οἴῃ καὶ. 28. ἕως desit. 29. σὺ δὲ σοί. II. 11. ἐπὶ στελέχους. 24. καὶ ὑφ' ἡδονῆς καὶ λύπης μεστὸς δακρύων. 32. λαμὸν δὲ παιδίον. III. 20. προσκομίσασα. IV. 5. ὅς τ' ἄν. 8. αἰδούμενος. 38. ὑποσπόρευσεν.

Duo codd. Ursini afferuntur l. I. c. 21. ubi unus cum A. Flor. κατὰ τοῦ δέρματος, alter cum B. et Amyot. κατὰ κράτος. l. II. c. 20. unus καὶ ὥστε, alter om. καί. c. 24. an. κατέχον fort. c. A B, alter cum Flor. κατέχων. III. 1. unus exhibet vulgatam, alter consentit cum mrg. Par. III. Flor. in v. ἐπίκλουν. cap. 18. cum Flor. Par. III. et A κάτω στήσαντες, alter cum vulg. et B: καμίνῳ στήσ. 17. unus cum Flor. ἀγείρεται, alter ser-

vat vulgat. 18. unus cum Flori πρωτοφύτον, alter vulg. 28. unus cum A. mrg. Par. III. Flor. πρωτανωγῆς, alter cum B. Parr. κυκεοδόους γῆς. 30. φιλίᾳ unus cum Flor., alter φιλία.

Has codd. trium Ursini lectiones variae si quis consideraverit, in Struvii mentem facile concesserit esse sententiam hanc ex libris illis eiusdem cum A familiae esse, ceteros autem duos alteri tribuendos esse familiae. Qua ratione autem hi tres libri possint dignosci, id acute perspexit Struvius l. l. p. 501 sq. qui eo, quod marginales libri III. Paris. lectiones ut constat unius libri Ursini essent, hoc ipso consensu Ursiniani et mrg. Par. III. posse intelligi docuit, quae unius eiusdemque Ursin. essent scripturae, ita ut quae non essent in libri illius margine enotata, duobus ceteris Ursini libris essent adsignanda. Quae res quum tam perspicue demonstrata sit a Viro Doctissimo, ut vix quisquam dissentiat, hoc ego missum facio et transeo ad scripturas, quae afferuntur siglo

Flor. quo siglo quantum e Columb. colligi possit verbis, quamquam ipsius ed. intelligi debent varietates, sunt tamen hoc siglo etiam marginis quamquam raro, ut videtur, lectiones enotatae. Cf. infra p. XXXVI sq. Pertinent autem eae maximam partem ad eandem familiam. Consentit enim cum A. et Ursin. lectt. I. 1. 1. ὑπεκκαίων. 3. εἴδε. 5. ἐκλανεῖ. 7. ἤδη τε ἦν ὁ ῥέν. 8. παρεμπεσεῖν. 10. ἀκριδοθήκην. 11. πολλὰ ἥρπαζε. 19. κυρσοὺς om. 20. χαμαίνου. II. 10. πρὸς. 11. προσβλήτην. 12. ἐπασσώσης. III. 8. τὸ ἐνεργόν. III. 23. παρθενίας. Cum A. et mrg. Par. III. I. 29. νηοὶ μακράν. II. 35. καὶ ὅτι κεκήρωτο. Cum solo A. I. 8. λόχμη βάτων. Ubi autem singularem exhibet scripturam, ea nihil fere est

quam librarii error. Sic. I. 27. om. τήν. II. 3. διάκριθεν. 7. πάλιν νῦν. 39. θερμόμενοι. III. 4. γαλιγγενεσίας. IV. 8. θρηνεῖσθαι καὶ βομβεῖσθαι. IV. 31. χλωρεῶνα. l. l. c. 8. διὸ καί, quod altius repetendum. Notabili in errore consentit cum mrg. Par. III. IV. 4. τάφρου, qui haud dubie in Usa. erat, ex quo quae Florentino sit cognatio cum illa libro Ursini potes cognoscere. Cum cod. marg. facit I. 21. ἄγοντας. Cum omn. Parr. paucis in locis solus consentit: I. 32. συνήθαι. II. 9. ἔννοιαι. 12. πλούσιον. ib. ἀλρύ. 24. in (cum B) καὶ καινῇ ὑφ' ἡδονῆς etc. 32. σύμπονον. III. 5. μέσας. 28. κόρυ. Sed saepius cum Urs. Par. I. II. quod infra videbis.

Quod autem ad codices Parisinos attinet, ad quos iam venio, eos alii cod. familiae esse assignandos nulla dubitatio esse videtur. Atque hoc loco dissentiendum mihi est a Struvio, viro in talibus gravissimo, qui Paris. I. priori illi classi adnumerandum esse credit. At vero quominus hoc possit fieri, impedit illius cum ceteris duobus aut certe cum II. Par. consensus. Quod ne quis temere a me dictum esse credat, eos locos afferam, quibus inter se consentientes ab **A B** et **A** praecipue discrepent. Eos quamquam ex toto scriptore enotavi, ex solo primo libro afferam, quoniam ex eo satis meam sententiam esse veram et virum illum acutissimum erravisse elucebit. Sunt autem, siquidem Villois. accurate suorum librorum discrepantias adnotaverit *),

*) I. e. si omnibus locis, ubi nihil adnotavit Villoisonus, codd. eius a textu quem exhibuit non dissentiunt; ita ut, ubicunque Courerius libros suos sequutus aliquid mutavit, nisi Parisini consentire dicuntur, ab illis Courerii discrepare putandi sint. Verum an de Villoisono ita existimemus, ambigi posse fortassis videbitur ei, qui tales eius adnotationes legerit, qualem reprehendam curavi l. l. c. 2. v. εὐφορία, in qua

hi, in quibus ab **A B** d screpant: I. 1. om. artic. ante *Λέσβ.* *ib.* *εἴκοσιν.* 2. *χλαμύδιον.* 3. *εὗρε.* 4. om. *τὰ* ante *ἔξωθεν.* 7. om. artic. ante *Λάφνιν.* 8. *πῶς δεῖ νέμειν.* 11. *ὀργυιῶν.* *ib.* *τεσσάρων.* 12. *τινὰ* om. 19. *περιπέσοι.* 20. *ἀκάνθαις καὶ βάτοις.* 22. *ἐθελοντὶ.* 23. *γλυκεῖα* etc. 24. *ἐπάνθουν.* 25. *δὲ* om. 26. *τούτοις.* *ib.* *ἐγέλασεν.* 28. *εἰς τὴν ναῦν.* 29. *μὲν* om. ante *ἐγώ.* 30. *ἅμα καὶ τῷ φιλήματι.* 30. *ὀρνίθων* om. 31. *ἐκσώζεται.* 32. *τοῦ Λόρκωνος* *ib.* *καὶ* ante *ἄγροικος* om. Dissentiunt ab **A**: Pr. I. 1. *εἰκόνος γραφήν.* *ib.* om. *καί* ante *τῶν ξέν.* I. 1. *νομίσεις.* 2. *λόχμη κάτω βάτων* (III. quidem *κατά*). 2. habent *καὶ* ante *θαυμάσ.* 3. *ἐπεποίητο.* 4. *ἐκ δὲ τῆς πηγῆς.* 5. *ἀκλεγγί.* 7. *ἀφαίνετο.* 10. om. *ἐξελθοῦσα.* *ib.* *ἀκριδοθήραν.* 12. *πολλάκις.* 12. *ξύλον καὶ τὴν καλαύροπα.* 20. *ἐπὶ τὸν ποτόν.* 21. *οἱ τῶν προβάτων ἐπιφύλακες.* 24. *διακρίνοντες.* 25. *αὐτοῦ* om. *ib.* *φιλεῖν.* 26. *τῆς* ante *Χλόης* om. 27. *τότε.* *ib.* *καὶ* om. *ib.* *βουκολική.* 28. *δὲ* om. *ib.* *καὶ* om. ante *κρεῖττον.* *ib.* *δῶρον* om. 29. *ἰδὼν δὲ καὶ τ. Χλόην* *ib.* *μοι μακράν.* 30. *ἀπεδύετο.* Loci autem in quibus nihil de suis notavit Cour., ubi tamen videtur Paris. ab illis dissentire, hi sunt: I. 8. *ἅμα ταῖς ἀγέλαις.* 10. *ἀλλήλας.* 12. *τῆς* om. *ib.* *τυθησόμενοι.* 21.

---

quum Flor. Urs. Parr. I. II. mrg. Par. III. auctoritate receptum esse dixisset *εὐωρίας*, ab edd. exhiberi *εὐωδίας* tradidit, nulla Par. III. mentione facta. Atque eiusdem rationis sunt animadversiones p. 4. pr. 1. *εἰκόνα, γραφήν.* pag. 35. c. 13. *τυθησόμενος.* Prorsus tacet de suis codd. c. 21. p. 46. *κατὰ τοῦ δέρματος.* Cf. p. 60. c. 21. *ὡς σὺ* et alibi. Sed his locis nisi fallor ii libri, quorum nullam fecit mentionem, cum vulgata facere videntur. Primo saltem quem attuli loco quum in marg. *εὐωρίας* adnotatum sit, certum videtur esse eius cod. textum *εὐωδίας* exhibere.

om. τὰν Δόρκωνα — διλαπίσαντες. 26. ἐφίλησε καὶ λαβοῦσα. 27. μακρά. 31. ἀπαρχήν. Qui consensus satis quod supra posui confirmat; sed etiam ex eo apparet, si Paris. I. alteri tribuitur familiae, Paris. II. ab eo non posse divelli, quod ubi inter se dissentiunt Parisini, I. et II. ferme eandem tuentur scripturam a III. dissentientes; ex quo facile potest coniici magnam inter duos Parisinos illos interedere cognationem. Pr. 2. προπαιδεύσει. I. 1. εὐρίσκους. 5. συλλημψόμενος. 7. ἤδη ἦν ὁ μὲν (A B ἤδη τε ἦν ὃ μὲν) *ib.* χρυσοῦτων (cum A B) 8. ἴσως om. (cum Flor. Urs. A B). 9. εὐωρίας (cum Fl. Urs.) *ib.* οἱ ἁπαλοὶ καὶ νέοι. (cum Flor. Urs. A B) 11. σιρούς. 12. ταῖς τῆς ὁλκαῖς ταινίαις (cum vulg.) *ib.* ἀνιμήσαντες (cum vulg.) *ib.* lacuna incipit a vv. ἀνέβη ταῖς. 19. καὶ ἔργων. 21. περιεργία (cum A B). 23. om. vv. τερπνὴ δὲ ποιμνίων βληχή. 24. ἐξεφίλει (cum Urs.). 28. ἁλῶντα περὶ τὴν θάλ. (cum A B) *ib.* περιερχασάμενοι (cum Urs.) *ib.* αὐτῇ (cum Flor.) 29. σὺ δὲ μοὶ (cum A B.). His in locis quamquam duo hi libri saepius cum alterius familiae libris conspirant, non tamen eo convellitur sententia mea, quam supra tuli. Est enim talis consensus aut signum genuinae lectionis aut vitii pervetusti. Perpaucis autem in locis inter se dissentiunt Parisini I. II., eaque diversitas non magni est momenti. Sic c. 2. Par. I. πεφυλαγμένην ὡς. Par. II. πεφυλαγμένην. *ib.* om. Par. I. τὴν ante ἐπιδρομήν. idem om. c. 7. v. εἶναι cum B et Urs. c. 20. exhib. Par. II. τούς τε προσθίους. Uno tantum in loco Par. I. cum A mirus consensus est, c. 24. qualis non amplius in omnibus IV. libris reperitur, nimirum in voce ἐπέλειχεν, in qua duo hi libri soli conspirant. Sed etiam hoc explicari posse credo ita, ut statuamus, librum ex quo

fluxerit Par. I. secundum alterius familiae codicem cognectum, exhibuisse illud ἐπέλειψεν in margine quod deinde illius aut librarius in textu collocaverit.

Sed satis videor mihi demonstravisse, duos libros hanc alterum ab altero non posse ita direlli, ut alterutrum aliis familiae libris assignes. Quae sententia non infringitur sed firmatur potius omnibus pro quatuor libris I. ongi diversis scripturis collectis. De tertia autem Paris. etsi in universum verum est Villoisoni iudicium, quippe qui liber, ubi a ceteris discrepat, plerumque nihil nisi librariorum errores exhibeat, sunt tamen loci quamquam pauci, ubi eius scriptura digna est, quae nos diem recipiatur, sed certe notetur. Sequuntur ordine sectionum eius in I. libro diversae scripturae. Pr. 2. πάντων. ib. μέχρι. I. 1. γῆ τροφὴ κλημάτων. 2. λοχμὴ κατὰ βάτων ib. (spreto ē) ἐγίνετο. 3. εἰ καὶ παιδία. 4. τὰ ἔνδοθεν. ib. tollit ὥα. 8. om. ὥμα ταῖς ἀγέλαις. 9. κατεδόκα. ib. ἀναδίας. ib. οἱ παλαιοί. ib. ἔβαλον. 11. ἀνέλαβε. 19. ἴος τιρούς
τηρούς. 28. ἐπίπολιν. 29. κατέρρεσσε. 29. σοὶ δέ μοι. 31. διαφεύγων. ib. ἔδοξε δέ. 32. εἰς τὸ ἔντερον ἶος λουτρόν. ib. ἦρχεν. Has varietates si quis accurate consideret, Villoisoni quidem iudicium in universum reperiet esse verum, sed praeterea notabilia inveniet esse. ea, quae cap. 19, et 32. exhibet, in quibus manifesta apparent vestigia, esse in eum librum receptas scripturas marginales aut eius codicis, a quo duxit originem aut prioris alicuius, in quo enotatae essent scripturae libri sane antiqui diversitates. Inde intelligitur, qui factum sit, ut hic recentissimus mendisque librariorum scatens codex duobus in locis solus cum optimo A conspirans genuinam servaverit lectionem: I. 12. ἐνεμήσαντο. III.

I. πειθοῖν, et cum A. Flor. Ura. III. 18. κάτω στήσαντες, et IV. 25. ἔτι δόξει εἶναι, et cum AB. I. 18. ἐργάζεται, II. 17. ὄψιν, quibus addatur locus III, 16. ubi in vitiose λαβεῖν cum solo A constantit. Et eam etiam ob causam eius libri auctoritate pr. 2. recepi μέχρι. Sic quod c. 2. οὐ καὶ παιδία et c. 4. τὸ ἔνδοθεν exhibet, per se non potest reprehendi.

Sed iam credo ego effecisse id, quod volui, libros Parisinos uni eidemque familiae esse tribuendos, cuius rei demonstrandae causa etsi loci tantum primi libri collecti sunt, tamen non puto eum qui per omnes quatuor libros eorum discrepantias examinaverit, in contrariam cessurum esse sententiam. Venio nunc ad librum Romanum Coureriі, quem quum rectissimo iudicio a viris doctis eidem classi adnumerari videam, eo minus pluribus de eo agere videtur, quod si quis de eius rei veritate dubitet statim paucis sectionibus perlectis diversisque scripturis comparatis intelliget, eum librum quamquam non rare cum A consentientem, tamen locis, qui antiquis vitiis sint contaminati, plerumque cum Parisinis consentire. Sed non dubito, quemadmodum codicem A illius familiae, sic hunc alterius dicere praestantissimum. Neque de duobus illis Ursini manuscriptis, quantum quidem eorum scripturae sint enotatae, vix ulla potest esse dubitatio, quin ad eandem hancce pertineant familiam.

Priusquam hancce de libris Longi manuscriptis disputationem finio, pauca de codice Monte-Cassinensi addere videtur. Is quidem liber, quum antiquissimus *)

*) De eo Cocchius in Praef. ad Xenoph. Eph.: „Florentiae in monasterio Cassinensium quod vulgo Abbatia Florentina

sit, etsi, praeter quam quod solus supplementum illud et alia praeterea minoris momenti servavit, quae non dubium est quin ab ipsius scriptoris manu profecta sint, v. c. l. IV. c. 8. καὶ ἐτερπόμην 11. καὶ λαγνεύειν μετὰ τὴν μέθην c. 16. τῆς σῆς. c. 22. καὶ et Δάφνι quibus adnumeres c. 29. Χλόην, in quo quidem verbo etiam B consentit; etiam saepissime solus menda inveterata et a viris doctis animadversa quidem non tamen correcta tollit: monstrat tamen non raro librarii inscitiam et oscitationem, neque caret glossis et ineptis scribarum addidamentis. Sic quod l. III. c. 21. ad vv. νεαλεῖς ἰχθῦς additum est παραλίων et c. 26. ἀλλ' οὐδ' ἐλαύθερος εἰ καὶ πλούσιος, non magis quisquam vera esse credet, quam quod Conrerius miro iudicio sinceram habet in vv. οἷα τοῦ πεῖσαι λέγειν ἄθλον ἔχων τὰς παρακλίας. vocabulum λέγειν, quod haud dubie in codice, e quo fluxit iste liber, e male lecta voce ἔχων ortum, genuino verbo deinde suprascripto vel margini adscripto, postea cum eo simul in verbis sedem occupavit. Neque potest dubitari, quin quod l. I. c. 29. pro φερομένου, χερμένου. l. III. c. 15. pro ἐλάφου, ἐλάφειαν. l. IV. c. 8. pro πτερνύμενοι, φοβούμενοι. c. 33. pro μέγα πλουσίων, μάλα πλουσίων exhibet, quemadmodum l. III. c. 3. illud ineptum τὴν ὥραν τῆς εἰρήνης, corrigenti debeantur librario. Eiusdem autem negligentiam declarant manifeste, quod l. III. c. 6. desiderantur verba ἀλλ' - διανοηθείς. c. 12.

---

vocatur multi codices manu scripti servantur, — quos inter insignis est, qui Octavi forma fere quadrata foliisque constans CXL, litteris minutissimis paulumque obsoleti coloris, bombycinus, nitide et perquam emendate scriptus saeculo ut videtur XIII. opuscula continet XXIII. variorum auctorum." — Etiam Del Furia Praef. ad Aesop. pag. XXXIII. finc XIII. saeculi eum scriptum esse refert.

δ Διαφὶς et in sequ. *καὶ* 1. IV, 6. 10. *παραδοὺς σεσωσμένους καὶ ὅτους ἐπὶ* cap. 18. vv. *ἐπὶ τὸν πόντον*. Verum his omnibus neminem credo permotum iri, ut ipsius codicis auctoritatem esse in corrigendo nostro scriptore auctoritatem neget.

Sed haec hactenus de codicibus. Sequitur, ut qua ratione ego in ipsius scriptoris verbis corrigendis versatus sim quamque ea in re viam duxerim mihi esse sequendam breviter exponam. In hoc autem negotio rite administrando eam mihi praescripsi legem, ut niti summa urgente necessitate a librorum non recederem lectione, praesertim ubi utriusque familiae libros vbi conspirare; codicibus autem discrepantibus recte iudicata eorum auctoritate eorumque cognatione eius maxime familiae sequerer libros, quae altera antiquior etiam magis sincera videtur servavisse scriptoris verba, dico eam familiam, cuius princeps et praestantissimus liber est codex Florentinus Courerii. Haec autem non ita posse intelligi, ac si temere nulloque iudicio caecus libris istis adhaeserim, nec usquam praestantiores quas alterius familiae libri, quibus omnibus cod. Romanum Courerii antestare supra significavi, tuentur scripturas recepisse, ex adnotationibus patebit. Neque felices facilesque doctorum hominum correctiones, ubi omnes libros vitio contaminatos esse intellexi, sprevi. Ubicunque vero altius latent vitia, quae priores editores violentis et parum probabili sanavisse sibi visi sunt medicina, malui corruptam in verbis reponere vulgatam, quae fortasse postero tempore antiquiore libro reperto poterit sanari, aut eligere e codd. scripturis eam, quae proxime ad verum accedere videbatur, quam incerta hominum doctorum commenta pro scriptoris verbis venditare. Nec magis ego

servavi editorum supplementa etiam probabilia illis locis, ubi aperta scribarum oscitatione aliquid intercidit, ubi neque quid illud fuerit neque e quo loco excident, certo possit definiri. Quibus autem locis et eodem, quam olim tenuerit, et vox ipsa probabili coniectura ab aliquo esset repetita, eam ego cunctatus quidem circumseptam recepi. Unum tantum ex eo genere mihi videbatur tam certum esse, ut de eius veritate nulla posse moveri dubitatio videretur, nimirum *suaseveg* l. IV. c. 3. quod Schaefero reponendum esse perquam non indicio nascentes est. Si qui autem sunt, qui miretur, quid sit cur saepius elegantibus et commodis criticorum coniecturis codicum scripturam non admodum elegantem praetulerim, ii velim considerent, quam parum certa iudicio apud tales eius temporis scriptores, quales neque sano amplius pulchri sensu neque puro incorrupteque sermone utantur, exerceri possit criseos, apud quos non raro illaberis in eam difficultatem, ut nescias, utrum ipsius scripturis, an librariorum diiudicanda sint peccata; in quo non semel is, qui severae criseos lege elegantia quaeque velit examinare, etiam in hac fabula scaturire offendet. Quod autem ad veterum, quae duplices modo possunt scribi, scripturam attinet, in qua neque libri sibi esse constantes, ex adnotatione Villoisoni ad l. II. c. 7. p. 97 sq. patet, neque editores qua debebant religione codd. consuluerant, quum plerumque quo magis nostrum scriptorem redderent Atticum, fere ubique eam formam, quam altera meliorem iudicarent reponerent, id quod ex multis Villoisoni adnotationibus discas, Coureriam sequi videbatur, qui magis quidem quam ceteri codd., non tamen omnibus locis libros quos nactus est, qui quidem etiam, quod praetermitti nequit, nonnunquam

de libris sequi tuemur vulgatam mutavit, id quod maxime de voce θάλαμος valet, quae quanta in prioribus edd. ubique θάλαμος esset scripta, quam constanter scriptum a Columbanio profectam iudico, illo nonnunquam θάλασσα scripsit, plurimaque quidem locis libris suis aliatis, nonnullis nulla earum mentione facta, plerumque tamen vulgatum θάλαμος toleravit.

Itaque non mirabimur, si θάλασσα legis in hac, quemadmodum in Courerii editione, locis hisce: I, 1 bis. 28. 30 bis. 32. II, 12. bis. 14. 15. 16. 12. III, 1. 2. 28. IV, 22. 34. θάλασσα contra servatum est: I, 22. 30. II, 13. bis. 14. 15. bis. 16. 17. 19. 25. 26. 30. III, 21 bis. 22 ter. 27. IV, 3. 22. παραθαλάττιος II, 20. ἐνθαλαττεύειν II, 12. Ubique autem intacta reliquit illa voces has: κυπάρισσος, περιπόλος, κυπαρίσσος, κρεάττων, μέλισσα, θῆσσαι, ὀρύσσω, καταρύσσω, νύσσω, ἀπομάττω, ἔασα, ἠσπάσθαι, φάσσα, γλῶσσα, νεοττός, νῆττα, ἐρέσσω, πράττω, συνάστιος, διαλλάττομαι, πλάττω, μισάττομαι, quibus addas ἀφίλτατος et τήμερον. Contra, quamquam alias ἀπαλλάσσομαι et φυλάσσομαι, tamen ἀπαλλάττομαι IV, 26. φυλάττομαι IV, 21. ἐκπλήσσειν IV, 32. τέσσαρες autem, quod I, 11. in prioribus editionibus legebatur, mutavit Cour. in τέτταρες, quam formam etiam priores editiones servant Fr. 2. I. 19. IV. 32. τέσσαρας autem in ed. A. plurimis legitur. Neque dubitari ex optimis libris reponere formam καθεῖν III, 19. et κλαῖον, I. 28. cum Cour. servare, quamquam κλάειν et comp. legantur, III, 19. 14. IV, 8. 17. 23. et κάειν et comp. I. 22. II, 7. 8. III, 10. 13. al. Etiam in augmento verborum δύνασθαι, et eorum, quae syllaba εν incipiunt non constans usus. Reperies III, 16. ἐδυνήθη, quamquam I, 26. III, 13. ἠδυνήθη; ἔμελλον est II, 2. 24. 26.

IV, 9. 10. 12. 33. *ἠξίουν* IV, 32. *ἠσχάνησε* III, 9. et *φθόνησε* IV, 35. contra *εἴησαν* II, 2. 4. et *εὐδαιμόνιζον* IV, 32. ne *εὑρόμην* et *εὑρέθην* commemorem. Plusquamperfecti mediti et passivi formae augmentum reperies I. 22. *ἀπεπαίδευτο*, ceteris autem locis (nonnullis quidem auctoritate eodd. B E) omittitur. I, 4. *πεπόϊγτο*. 11. *μεμίμγτο*. 12. *πέφρασται*. ibid. *πέπασται*. II, 2. *τεταράγμτο*. 19. et 35. *πέπαυντο*. 26. *σεσύλγτο*. 35. *κεκήρυκτο*. ibid. *πεπαίδευτο*. III, 19. *πεπαίδευτο*. 23. *τετράγμτο*. IV, 2. *ἀπέστασαν*. ibid. *ἐπέμφθη* καὶ *διαπέπρασο*. 8. *ἀπεπέπαμπο*. 24. *πέπληκτο*. Non maior etiam in prioribus editionibus constantia in formis praepositionis *εἰς*, cuius altera *ἐς* in plerisque locis comparet: I, 4. 5 ter. 6. 9. 10. 12. 13. 17. 21. 22 bis. 23. 26. 28 quater. 30 quater. 32. II, 1. 2 bis. 3. 4. 5 bis. 6. 7. 9. 13. 15. 17 bis. 19. 21. 23. 24. 25. 26 bis. 28 ter. 30. 31. 34. 35. 37 bis. 38. 39 quater. III, 2. 3. 4. 7. 9. 10 bis. 12. 15 quater. 16 bis. 19. 20. 21 quater. 22 bis. 23 bis. 38. 39 quater. III, 2. 3. 4. 7. 9. 10 bis. 12. 15 quater. 16 bis. 19. 20. 21 quater. 22 bis. 23 bis. 25. 27 bis. 28 ter. 31 bis. 33. 34. IV, 1. 4. 5 bis. 7. 9. 11 ter. 12. 13. 14. 15 bis. 16. 17 bis. 19. 20. 21. 23. 25. 28. 31. 33. 34. 35. 37 bis. 40. altera *ἐς* autem I, 8. 11. 27. 32. II, 1. 3 bis. 13 bis. 14. 17. 20. 24. 25. 34 ter. III, 4. 5. 9. 12. 13 bis. 18. IV, 4. 5. 6. 19. Posterior autem nusquam reperitur in compositis, sed ubique: *εἰσαγαγεῖν*, *εἰσέρχεσθαι*, *εἰσπλώσειν*, *εἰσιέναι*, *εἴσπλους*, *εἰσομίζειν* saet., et nusquam *ἐσω* sed semper *εἴσω*. Hanc autem in verborum scriptura inconstantiam nemo tolli posse, nisi accurate denuo praestantissimis utriusque familiae codicibus collatis, manifesto apparet.

Sed iam referendum, quid de Couersii in textu mutationibus deque eius coniecturis in adnotationibus propositis statuendum esse iudicaverit Struvius. Quo negotio utrique perfungar, omnes, etiam ii loci, ubi viro acutissimo assentitur, mihi sunt enumerandi, quum nonnunquam etiam iudicium de recipienda et recipienda scriptura arbitrio permittat editoris. Pro. l. εἰκόνος γραφήν. Miruperat Couersius in notis accedentem ad Brunckii coniecturam, et retinendum censet, quod praestantioris familiae codices exhibent, εἰκόνα, γραφήν. quod ita quidem explicat, ut εἰκών certius definiatur voce γραφήν, vertens: *Ich sah in Esebon den schönsten Anblick der ich je sah, eine Abbildung, ein Gemälde, eine Liebesgeschichte.* Ut ego hoc in loco libenter cum viro doctissimo in reiicienda Brunckii coniectura consentio, ita abs te discedendum esse credo, quod ad codd. attinet scripturam. Etsi enim non nego, illam scripturam εἰκόνα, γλυφήν, quae per se quidem tolerari potest, inde magnam habere commendationem, quod praestantiores hanc ea constituant libri, habet autem eam incommoditatem, quod tum duo ea exciperent vocabula, quorum utrumque voce sequente explicaretur. Quod enim sequitur ἐρωτος est definitio vocis γραφήν. Et haec quidem causa erat, cur hoc loco ab altera librorum familia genuinam lectionem servatam esse putaverim, ab illa autem errorem librariorum syllabam finalem v. εἰκόνος non recte legentium, quod saepius factum esse constat, esse propagatum. — *ibid.* καὶ τῶν ξένων prob. — l. l. cum τῆς Λέσβ. articulus utrum sit recipiendus an minus, arbitrio permittit editoris. — ὄρη θηροτρόφα. Reiicit Casaubonum commentum ὕλην θηρο. cll. c. 9. et c. 10. — *ibid.* καὶ ἡ θάλ. προσέκλυζαν ἠϊόνα ἐκτεταμένη

ψάμμον καὶ θαλάσσης, probat ut facillimam librorum scripturae emendationem. Facilior mihi videbatur ea sententiae non minus conveniens Bentleii, quam accepi. — 2. ἡμέτερος. Bourdon. utrum haec, an vulgata alii aequandi, in arbitrio editoris ponitam esse dixit. — χλωρίδος praefert χλαμύδος propter IV, 21. — 3. οὐχ ὁδὲ ἐπιλογαίσῃς — πᾶς εἶδε τρεφόμενον, prob. Bast propter c. 4. καὶ ἀφήμασι καὶ δείμασι et c. 5. διηγεῖται καὶ ὀφθῆναι, δοκέουσι τὰ εὐαρεστότατα. et illi assentitur in citiendo articulo. αἰὲν tuetur autem Bast, idque, ut haec in editione fuerunt, ἑ δὲ scribendum coniecit. — 4. εἰ δοθείη — τὰ ἔξωθεν, prob. — ibid. τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν ἀνεῖν. Hanc vulgatam lectionem pertae Oxon. defendit. — ibid. πεντοήρου, prob. — ibid. ἡ ὧν τοῦ ἄντρου etc. Dupuisat de hoc loco una cum Bentleio cum Courerii coniecturam violentam quidem, sed sententiae convenientem vocans. — ib. ἀπλοῦν τί μη dicendum censet. — 5. ἐξαμύστου, videtur prob. — ibid. ἤδη τε ἦν ὁ μέν, prob. — ἤδεε καὶ N, vocem ἤδη eiiciendam censet. p. 502. — ibid. τὸν ἀέρα prob. propter τὴν Κλάην. — 6. ἀμφοτέρω μὲν τὸ πεμπτεύειν τοῦτο καὶ δοῦναι. De hoc loco egit p. 552, ut sibique magnopere placere Courerii coniecturam indicat: in qua sententia cum Viro Egregio omnino ut ante facere nequeo. Quamquam enim non contendo, id quod contendi nequit, quam sibi exhibent lectionem eam recte stare tale, est tamen talis qualis Courerii est coniectura, nimis violenta, quam quod ab omnibus libris mutatur vocis αἰπόλος expungat. Facilior mihi videtur id esse, quod ego nostrigis lusisse optimorum librorum reperi. — ibid. δὲ ἦν αὐτούς. Reprobat Courerii commentum ἦ. — ibid. καὶ κομιδῇ γ'. Haec Cour.

coniecturâ, quam probat Struvius, praeterea ex quod ego edidi. Recte animadvertit Struvius, corrupte vocem ἐπιμένειν et ἐπιτέμνειν aetate inclinata, qui illud reprehendere in δεῖ πάντων potuerit tramire. Ceterum quod in adnotatione habeat, mihi videri illic δεῖ Urs. et Flor. carere, in eodem etiam Struv. incidit. — 9. οὐδὲ ὀκαλοὶ, improbat, et idem quod Boiss. censet scribendum esse οἷα. p. 564. — *ibid.* ἐπέφερον, non dixit. — 10. ἀνα λοιπὴν πεσθὲν ἐξελθοῦσαν, scrutatum dicit Cobetti coniecturam ἐξ ἕλους pro ἐξελθ. — *ibid.* ἔπλεκε, prob. — 11. πολλάκις. Non a vero abhorrere videtur, quod Cour. coniecit πολλὰ πολλάκις. — 12. Iure improb. quod Cour. huius capitis initium pro mutilo habuit. — *ibid.* ἥλον καὶ τὴν καθαίρουσαν. Quod excogitavit Cour. reprobat, et tuetur vulgatum. Iure. — *ib.* εἰ νεωτερογένουσε, improb. et textus vulg. — *ibid.* καλεῖ κυνὸς βουπόδου, prob. — *ibid.* ἀνιμήσαντος prob. — ὑπὸ στελέχη improb., et defendit vulg. — *ibid.* assentitur Cobetto prius οὐδὲν in vv. τέτρωκε μὲν οὖν οὐδέν, οὐδὲ ἥμαρτο οὐδέν, expungenti, duplex οὐδὲν incommodam dicens. At vereor, ne ea ratione scriptoris potius verba quam librariorum error corrigatur. — 13. ἐν ᾧ ἡ πηγή, v. Addend. — 18. ἐργάσεται, probat, docens ἐργάσεται ab iis esse profectum, qui quod continuerat supplementum, ignorarent. — 19. συρίσκων τινῶν, genuina esse demonstrat, eiusque rationem exponit p. 558. γεννικῶν pro γερικῶν probabilem vocat coniecturam, quamquam etiam illud quid latere posse censet in corrupta scriptura marg. Par. III: καὶ τῶν μηλῶν p. 559. — *ibid.* τοὺς μὲν δῶρον. Laudat quod Cour. τυροὺς elecit. — *ibid.* ἐνέβαλε prob. — *ibid.* εἰ λαμβάνει prob. Et optativus et indicativus mihi recte se

habere videntur; neque dubitavissem indicativum recipere, modo unus praeter A. codex idem exhiberet. Quoniam autem ex nullo praeterea libro optativus enotatur, illam lectionem cod. A librarii errori deberi credidi. Considerans quam exiguum quod ad litterarum ductus attinet sit discrimen inter utramque modum. — *ib. περιπέσῃ* *) — *ib. ἀκάνθαις, βάτοις.* prob. — 21. *οἷα δή* reprobat, scribi iubens, quod hoc in editione legitur *οἷα δή*. Sed vide ipsum de ea re accuratissime exponentem p. 577 sq. — *ibid. κατὰ τοῦ δέρματος.* — *ταὺς μὲν δὴ κύνας.* prob. — 21. *ἄθαλόν τι.* prob. — 23. *ἦρος ἦν ἤδη τέλος.* reprob., docens vulgatam sinceram esse. — *ibid. γλυκεῖα, δὲ ἐτέρας ἀδμή.* propter consonantitatem vulgatae praeferendam esse demonstrat. — *ibid.* spernit Cour. commentum *ᾄδειν* pro *εὐδειν*. — 24. *ἐπ' ἀρθαῦν.* videtur prob. p. 567. non tamen diiudicans de Courerii commento *ἐπ' ἄῤῥοιαν* p. 525. — *ibid. διακοίναντες.* prob. — *ibid. ἐπέτρεχεν.* — *ibid. διαθέρειν σμαραγώμασιν.* prob. — *ibid. τὴν Χλόην.* idem censet quod c. 1. de *τῆς Λάσθ.* — *ibid. καταφίλει.* — 25. *συρίττοντος δὲ αὐτοῦ τὸ μεσημβρινόν.* prob. — *ibid. καὶ ἅμα καθ' αὐτὸν ἠρέμα.* quid de hoc loco statuerit ex ipsis Viri doctissimi verbis intelliges, quae leguntur p. 578: „*καὶ ἅμα καὶ αὐτῇ ἠρέμα ὑπαθέγγετο. Ueine „Auctorität für die Lesart καὶ αὐτῷ, welche von der „edit. princ. an in allen Ausgaben steht, hat uns mit „Sicherheit erst Couriers Ausgabe gegeben. Alle „Codd., ausgenommen A, der mit der Lesart der Aus-*

*) Hoc loco et in seqq. ubi nihil praeter verba Graeca vides allatum, has Courerii mutationes Struvius attulit nullo addito iudicio.

„gaben übereinstimmt, also N. V. [Flor. Urs.] I. II. III. [Parr.] und B haben καὶ ἀντὶ χρύφα ἠρεμία ὀπτερ. „Dass hier χρύφα eine Glosse von ἠρεμία ist, muss sogleich eingesehen werden. Villoison nun conjecturirte καθ' αὑτὸν statt des immer gezwungenen καὶ „αὐτῇ, und Courier hat dies aufgenommen, die Conjectur eines Andern durch den Asteriscus in der „Note anzeigend. Brunck hatte diese Conjectur auch „gebilligt, Boissonade dagegen wollte χρύφα oder „καὶ αὐτῇ ganz aus dem Texte werfen, und meinte „Courier habe zu blitzig (calidius) Villoisons Vermuthung in den Text genommen. Ich würde ihm beistimmen, wenn ich nur irgend eine Erklärungsart „finden könnte, woher καὶ αὐτῇ stammte, oder was „derjenige, der es unbefugt in den Text setzte, damit beabsichtigt habe. Und so scheint mir Villoisons Vermuthung immer noch das Beste zu sein." — Quum in his, quae sequuntur, exposuerit, quae ratio in editionis principe, quique factum sit, ut ex illo ipso codice quem illa editio descripsit variantes enotatae sint lectiones, tribus illis explicandi rationibus, quas supra attulit, ubi de ista editione sermo erat, propositis, sic pergit: „Welche von diesen drei Möglichkeiten ich „für am wahrscheinlichsten halten soll, weiss ich nicht. „Doch für die Stelle, wovon jetzt die Rede ist, möchte „es wohl sicher sein, dass beide Lesarten καὶ αὐτῇ „sowohl als χρύφα Columbanus vor sich fand, ohne „dass zu entscheiden ist, welche im Texte, welche „am Rande. Denn καὶ αὐτῇ kann nicht aus bloster „Conjectur dieses ersten Herausgebers in seinen Text „gekommen sein, da man gar nicht einsehen kann, „weshalb er diese wenn auch einer Erklärung fä-

„lege, doch immer harte Veränderung, für uns leicht „verständliche wenn auch pleonastische χρύφα, mit „dem es dazu gar keine Aehnlichkeit hat aufsuchte. „Und nun ist noch, wie schon gesagt, ein wichtiges „Zeugniss für καὶ αὐτῇ aus cod. A beigebracht wor„den. Wenn man eine handschriftliche Begründung „für καθ' αὐτόν hätte, so könnte man bei einiger „Kühnheit, wie sie jetzt nicht selten Mode ist, bei„des χρύφα und ῥρέμα streichen. Man kann für „sich sprechen beides laut und leise. Das Leise „liegt aber schon in der Präposition von ὑπεφθέγ„γετο, und das einfache καὶ ἅμα καθ' αὐτὸν ὑπε„φθέγγετο ist für denselben Sinn hinreichend. Doch „lege ich selbst dieser Vermuthung gar keinen Werth „bei.“ Quae de hoc loco accuratissime disputavit vir doctissimus, ea omnia ipsius verbis repetenda esse putavi, quo melius eius sententia de loco difficillimo eiusque demonstrandi ratio possit perspici. Si autem quaerimus, unde Columbanius scripturam καὶ αὐτῇ in verbis posuerit, quamquam non certo potest effici, utrum e marg. an e textu illius codicis, hoc certe iure posse affirmari credo, eam illi libro, in quo illae supra allatae et cum A consentientes siglo *Flor.* enotatae scripturae comparent, esse assignandam, contra alteram χρύφα ῥρέμα, quam Flor. exhibere perhibetur, eius esse codicis, e quo ceteras cum alterius familiae scripturis consentientes lectiones recepit. Iam vero, quum ut supra est demonstratum, illae *Flor.* siglo allatae scripturae plerumque cum A congruant, hic autem ipse ille *Flor.* ab altera stet familia, et certum sit, utramque scripturam, ut Struvius effecit, Columbanium reperisse non alterutram excogitavisse, inde sumamus necesse est,

sigl. *Flor*, alterum hac loco, non eum, e quo illae supra allatae scripturae sunt petitae, significari, et id quod supra posui, confirmatur, textum editionis principis esse compositum e duobus libris *) manuscriptis. Eorum autem librorum alter, id quod supra commemorare praetermisi, quem maxime secutus est Columbanius, stat a parte Parisinor. codd., alter ad priorem et antiquiorem pertinet familiam. Illarum autem lectionum utra sit praeferenda si quaeritur, non difficilis videtur esse responsio, nimirum *καὶ αὐτῇ*, si quidem ea ratione potest ferri, qua in adnotationibus significavi. Nam facile mihi videtur posse explicari, qui vocula *χρύφα* verbis *καὶ αὐτῇ* substitui potuerit. Nimirum quum margini libri illius, e quo ista finxerit codd. familia, illa vox esset adscripta, facile fieri potuit, ut librarius oculo ab illo ἅμα in marginem aberrante omitteret voces *καὶ αὐτῇ* earum loco *χρύφα* in verbis collocans, quem librum qui deinde descripserunt librarii bona fide illud ἅμα *χρύφα ῥῆμα* propagarunt. — *ibid. οἷον καθεύδουσιν ὀφθ.*, prob. et ita iam pridem se correxisse dicit. Utrumque mihi videtur dici posse, quamquam illud quod hi duumviri reperterunt est magis ex usu. — *ibid. φιλῆσαι*. Vulgatam non esse reliciendam censet. — *ibid. ὀκνῶ δὲ καὶ μή*, prob. — 26. *ἐν τοιούτοις* prob. — *ibid. τῆς Χλ.* — *ibid. ἰδοῦσα δὲ καί*. Quod hic Conr. scribend. censuit *δέ γε*, an recte factum sit,

*) Quae h. l. de duobus libris dicta sunt, ea non ita posse intelligi, ac si praeter Alamannii cod. alium adhibuisse Columb. statuerim, ex iis, quae supra dicta sunt, patet. Duos libros dico textum et marginem illius codicis Alamannii, qui margo quas exhibet varias lectt., eas ex alio libro fluxisse ipse refutit Columban.

dubitet, praesertim quum Long. raro ista particula utatur. Sic statuit etiam c. 29. de eadem Conradi mutatione. Iure. — *ibid.* ἐκέβαλε, aoristum praefert. — 27. καὶ τῆς Χλ., idem censet, quod supra c. 2. de τῆ: μάλιστας θαυμάσας. — *ibid.* παραδόξῳ τῷ πάθει, prob. non indicans de Coux. coniectura in Add. prolata ὃς εἶ σύ. Mihi videbantur praeter οἷος τε, ὡς σύ, quae facile intercidere potuerunt, requiri. — *ibid.* αἱ βόες τῇ φωνῇ παράμενον. Iure reputit Coux. commentum β. ἠπειλῆσαι τῇ φ. — *ibid.* παυσάμενος τὴν ἀρχὴν — ἐποίει. Hoc l. Stevens vulgatam defendit recte tamen a Flor. particula τὸν, quae quidem recte facilior intellectu redditur locus. Sed etiam vulgata potest mea quidem opinione fieri, si intelligatur subaudita voce αὐτὴν sic: *Und sie machten sie zu diesem Vogel hier*, der etc. quemadmodum recentissime transtulit Iacobs. De pronom. caepius apud nostrum omisso cf. ad l. c. 2. — 28. ἐκμάζοντος καὶ τοῦ βέτρυος, iure Couzer. in librorum scriptura acquievisse significat p. 581 sq. — *ibid.* τινὰς καὶ βοῦς, etiam de hoc l. ita iudicare videtur. — *ibid.* ἀλύοντα περὶ τὴν ἀὐλ. — *ibid.* καλὸν καὶ ποιῆτεον. — ἐπὶ τὴν ναῦν, praefert vulgatae. — *ibid.* ἀῶρον κομίζουσα. — *ibid.* αὐτὴν βοῦσον. — 29. φρονίμου. — *ibid.* ἐδίων δέ γε, v. ad c. 26. — *ibid.* κἀκείνους ἀπόλεσον, quod h. l. Coux. scribendum censuit κἀκείνους κακοὺς κακῶς ὄντ. iure improbat, quum membrorum concinnitas hac mutatione tollatur. — *ibid.* Δάφνιν μέν, prob. propter sequens σὲ δέ. — 30. ἅμα τῷ φιλήματι, prob. — *ibid.* ἦν ἔτυπτ. non esse addendum censet. — *ibid.* ἀτεδύσασο, prob. — *ibid.* καὶ σὺ τῶν ἐμῶν, egregium vocat correctionem, partim quod pronomen ipsum non conveniat loco, partim quod, si esset prono-

illud locum *αὐτῶν τῶν ἰχθ.* esse servandum. Quod ad posterius attinet argumentum, in adnotationibus dictum est. De priore autem n. l. paucis dicendum esse videtur. Pronomen *αὐτός* enim non solum posse tarn, sed potius hoc loco magis, alius quam ipse, quisque, quilibet, aliquis, aliquam ali esse aptissime comprobes, ut, quae est in voce *αὐτός* oppositionis significatio, quae alio loco magis, alio minus manifesta est, eam etiam hoc in loco agnoscas, ita ut *ἀνθρώπου ὀργανικοῦ* et *ἰχθύος* inter oppositionis ea vis sit, ut vox posterior acuatur latiusque accipiat pondus. Dicit igitur scriptor: hos in natando tantum ab avibus aquaticis et quod per se intelligitur a piscibus, qui quidem ita natandi facultate ab aliis animalibus differant, superatur. Neque dubito quin eam significationem Germanico in sermone pronomine eodem possimus exprimere hoc modo: *Der Stier steht im Schwimmen nur dem Vogel und den Fischen selbst nach.* — 21. *καὶ ὑπείκειαι μὲν δή*, utrum hoc, an vulgata *καὶ ἐκεῖ* ut praeferenda, iudicatu difficile esse ait. — 22. *καὶ αὐτὸ τὸ πνεῦμα — ἐχεπνεῖ.* ἐχεπνεῖ contra Osan. tactat, pronomen autem *αὐτὸ* corruptum esse eiusque loco *τὸ* scribendum censet. Etiam hoc loco pronomine posse explanari puto eadem fere ratione qua supra c. 30. quamquam hic non tam certo affirmaverim. Opponitur *πνεῦμα* voci *καρδία*. Idem videtur Iacobs censuisse, quum pronomen in vertendo expresserit. *διὰ ταῖς πρόσθεν ἐπιδρομαῖς* versionem quidem non tamen prorsus necessariam vocat correctionem, id quod etiam ego puto. Praeterea dixit Strabo de locis his I. I. c. 1. hic tactus praepos. *ἀπό*. — c. 2. eliminandum censet e Bekkero intrusam vocem *βραχύς* p. 892. eo eadem quidem de causa, qua Brunck. Idem tentat — c. 3. de ui. ἐδεῖ-

torg. Per. Hic a librario non iuste loco adscripta iuridem mocum incidit p. 561. — c. 27. init. praefert scripturam a me repositam ἄσσα. — c. 28. scriptura ὡς ἴσως μὴ δοκεῖσι qui omni potuerit explicat dicens: „Die Vulgata ὡς ἴσως μὴ δοκ. zeigt wohl dahin, dass eine sehr alte Lesart war: ὡς δοκεῖσι. Hiemit schrieb einer an den Rand ἴσως μὴ d. h. statt ὡς setze es wohl μὴ heissen. Und darin hatte er Recht, denn die Negation darf nicht fehlen, mag nun Longus μή oder ὡς μὴ geschrieben haben.“ — c. 30. τῆς ὥρας οὔσης καύματος τότε. Hoc loco mutationem vulgatae καύματος in καυματώδους non necessariam esse credit dicens: „Kann man denn nicht ὥρα καύματος sagen? *Da es noch Zeit der Hitze war.*“ Quod quamquam non infitior, tamen propterea Bernardi coniecturam non dixerim supervacuam, quum si ampleteris explicationem Struvii, articulus certe esset addendus voci καύματος, qui tum abesse potuit.

Quae de his locis non minus accurate, quam de cadd. familiis a Struvio sunt disputata, in quibus plurimum mecum consentire non sine gaudio cognovi, ea leguntur p. 560—576. paucis exceptis, de quibus quum alia tractaret, in transcursu dixit. Ea si consideraveris, facile intelliges, quam recte et iuste de Courerio, quid ille praestiterit in corrigendo scriptore nostro, iudicaveris. Singulis de locis cur mihi aliter quam Vir Egregius statuendum visum sit, ubi non in adnotationibus rationem exposui, breviter hoc loco dixi, ne forte quis crederet, ubicunque nullam rejecta aut recepta lectionis reddidi in adnotationibus rationem, iis locis temere me nullaque consilio egisse.

Reliquum est ut significem, me vett. editionum nullam praeter solam Iuntinam dignam habuisse, quae ubi codices discrepent commemoraretur, quum nulla praeter illam habeat auctoritatem critica quam vocant. Commeliniana enim, quae proxime principem est secuta, hanc, ut recte Villoisonus Prol. p. LVIII animadvertit, prorsus descripsit, neque ullus liber manu exaratus in ea paranda consultus est. Sunt quidem in ea pauca et ea levia quidem illius editionis menda correcta, sed pluribus locis novis vitiis est contaminata. Neque Iungermannus, Mollius, Bernardus, Bodenius, Mitscherlichius qui deinde sunt secuti editores ex libris manuscriptis petere poterant auxilium, quamquam non raro, et praecipue is, quem primo loco posui, ex ingenio praeclare librariorum menda sustulerant. Neque Dutensius, qui quidem nonnullis locis codd. Parisinos contulit, novam exhibuit huius fabulae recensionem. Inde intelligitur, cur horum editorum non fecerim mentionem, nisi ubi aut codd. lectioni immerito antea reiectae sunt patrocinati, aut scriborum menda probabiliter correxerunt. Villoisoni contra Schaeferi et Courerii textus quibus locis ab eo quem hac editione dedi recedit, ii adnotati sunt in Var. Lect. Graecis subiecta. Passowiana, quae fere tota pendet e Schaeferiana, ubi ab ea recedit, in adnotationibus allatum est. Praeterea mihi est commemorandum, quae enotata est diversitas editionis Coraïs quaeque eius coniecturae allatae sunt, eas deberi Sinnero, quum illam editionem ne viderim quidem. Ceterum omnium Longi editionum earumque versionum qui desiderat iudicem, eum ego ablego ad Sinnerum Praef. p. XVI sqq. qui omnia quae ad notitiam Longi litterariam pertinent congessit, quibus addenda est quae post

illam editionem prodiit versio Iacobsii hoc titulo: *Longus Hirtengeschichten von Daphnis und Chloe in vier Büchern. Uebersetzt von Friedrich Jacobs, Hofrath zu Gotha. Stuttgard* 1832. 12.

Scripsi Lipsiae Calendis Novembr.

a. CIↃIↃCCCXXXIV.

VILLOISONI PROLEGOMENA.

Offero tibi, Lector erudite, Longi textum fere novum et diligentissima octo codicum ac septem editionum collatione, nostris qualibuscunque et multo praestantioribus doctissimorum virorum coniecturis et animadversionibus, seu hactenus ineditis, ut clariss. Valckenarii, Wyttenbachii, Herm. Tollii, Hinlopen, Larcherii, Huetii etc. seu iam editis, sed plerisque per varios dispersis libros, ut clariss. Abreschii, Alberti, Bernardi, Bergleri, Bodeni, Columbanii, D'Arnaud, D'Orvillii, Dutens, Elsneri, Dan. Heinsii, Hemsterhusii, Hcusingeri, Iungermani, Koenii, Lennepii, Marklandi, Mollii, Mureti, prioris editoris Parisiensis, Reiskii, I. F. Reitzii, Ruhnkenii, Rhodomani, Toupii, Ursini, Victorii, Warton, Wesselingii, etc. sedula fontium quibus hortulos suos irrigavit Longus investigatione, perpetua locorum similium et imitatione expressorum comparatione, rituum veterum, venerum Atticarum et verborum proprietatis expositione, accurato variarum et lectionum et interpretationum delectu, infinitis in locis illustratum atque emendatum. Eo autem libentius novam Longi toties recusi editionem suscepimus, quod huiusce dulcissimi ac suavissimi scriptoris liber et lectu "sit dignissimus ut ait Muretus, Var. Lect. l. IX. c. 16. et huc usque depravatus ac corruptus, multis scatuerit mendis, quae sine manuscriptorum librorum ope, a duobus postremis editoribus, viris longe doctissimis mihique amicissimis, quorum summam eruditionem veneror, tolli non poterant, cum praeterea illis, qui ut codicum, sic notarum adhuc ineditarum subsidio destituti essent, quique maioribus intenti et ad graviora suoque felicissimo ingenio digniora, festinantes transvolarent, libellos criticos evolvere, et ex iis ea quae ad Lon-

gum pertinent excerpere, fontes a quibus suos rivulos duxerit Longus consectari et indicare et quidquid conferre potuissent e reconditae suae doctrinae thesauris depromere, non vacaverit.

Non solus autem politissimus Maretus Longi, quo ne Athenas quidem ipsas magis Atticas, et cuius scriptionem ipsae Gratiae videntur finxisse, veneres praedicavit, sed etiam multi alii elegantissimi viri, peritissimi elegantiae arbitri et aestimatores, in hoc consensere. Sic Politianus Miscell. L. I. c. 2. quatuor extare Graece dicit nimis quam libellos elegantes *Ποιμενικῶν* titulo; ut Iosephus Scaliger, qui a Iungermano in praefatione laudatus, hunc auctorem amoenissimum esse dicit eiusque *χαριεστέρου* eo meliorem, quo simpliciorem et *ἀνεπιτηδευτότερον*; ut ibidem Daniel "Heinsius Longo nihil simplicius, venustius nihil esse affirmat eumque p. 198. ed. Iungerm. cum Koenio ad Gregor. de Dialect. p. 7. et 196. suavissimum vocat; ut venustissimum Lenneplus, Animadv. ad Colutham t. I. c. 12. p. 57: sic summus Hemsterhus. Miscell. Obss. vol. III. tom. 3. pag. 402. Xenophontem Ephes., eiusque, ut ait, styli inaffectati simplicitatem quamdam naturalem laudibus extollens, eum ad Longi colorem scribendi et articulos orationis intercisos, prope accedere contendit. Unum adiciam gravissimum viri summi nobisque amicissimi, Davidis Ruhnkenii iudicium, qui in literis ad me datis, 1. Iun. anni 1776, haec scribit: „Multum delector tuo Longi expoliendi instituto. Qui scriptor cur Sophista appelletur nescio: certe tantum abest, „ut eius stylus sit sophisticus, ut contra spiret nativam et „venustam simplicitatem." Enimvero Longus primum a Iungermano salutatus est Sophista; qui editor, quamvis in nullos huiusce scriptoris codices *) incidisset, de suo tamen dedit, et in suae editionis fronte apposuit, *Λόγγου Σοφιστοῦ*; quem *Σοφιστοῦ* titulum "hinc in omnes posteriores

*) Minus accurate de nostro cl. Fabric. Biblioth. Gr. vol. VI. l. V. c. 8. art. 8. p. 813. „Longus . . . vix quisquam veterum memoratus, in Iungermani codice vocatur *Σοφιστοῦ*." Nulli enim veterum memoratus fuit Longus, nec ullum eius codicem inspexit, aut habuit, Iungerm.

ediliones, imo et in hanc nostram, receptum fuisse nollem, cum recte a prima omnium Iustina, a secunda Comeliniana, et a tribus codicibus Regiis abiit.

Quisnam autem fuerit Longus ille, de quo nihil prodiderunt veteres, sed quem recentiores tantopere laudaverunt, ut ait Columbanius p. 79. cuiusque nomen originem Latinam indicat, non magis statuere possumus, quam seculum quo vixerit assignare, vel saltem coniectura assequi. Pariter enim secundo circiter, aut quarto, vel etiam quolibet alio floruisse seculo, videri potest. Nam cum scriptor ille, purissimus, veteris simplicitatis et intercisae orationis, ac elegantiae Atticae studiosissimus et felicissimus imitator, veteres semper ob oculos habuerit, semper eos expresserit, in suum succum et sanguinem converterit, hoc pariter secundo, quarto et quolibet alio seculo fieri potuit ab homine, qui veluti concretus et subactus fuerit in veterum lectione, non illa quidem cruda, sed quae multa iteratione mollita et confecta memoriae imitationique traderetur. Quemadmodum autem natura fit, ut qui in sole, quolibet seculo, vel qualibet regione ambulat, is coloretur: sic qui veteres libros frequentius quolibet seculo versat et in veterum monumentis veluti habitat, sentit orationem suam illorum tactu quasi colorari; nec proinde illius antiquitas inde colligenda est, quod eius stylus ad veterum dicendi colorem proxime accedat. Nam, exempli gratia, si memoriae ac literis proditum non fuisset, quo seculo Muretus, Bembus, Vida etc. floruerint, quis post mille annos certo statuere posset eos decimo-sexto potius, quam decimo-octavo seculo, tam feliciter antiqua illa Ciceronis et Virgilii exemplaria imitando expressisse? Posteriores autem scriptores Graeci illos veteres Homerum, Platonem, Demosthenem, Thucydidem etc. a quibus quanti sunt, magna ex parte facti sunt, eodem prorsus modo imitabantur, quo Ciceronem et Virgilium, etc. non solum Muretus, Bembus, Vida etc. sed etiam alii multi qui, post renatas literas, Ciceroniani dici et haberi volebant, quique interdum Tullium et Maronem non tam exprimebant, quam describebant. Unde perpetua illa veterum lectione et imitatione factum est, ut posteriorum scriptorum Graecorum,

quibus suus non erat scribendi color, non proprius orationis aspectus et facies, non propriae dicendi formae figuraeque, sed qui alienas effingere et veluti ex ore imaginem exprimere conabantur, aetas vix ac ne vix quidem dignosci et assignari possit; cum hoc unico discrimine discernantur ea omnia opera, quae diversi scriptores iisdem veterum scriptis quam simillima reddere voluerunt, quod his aut illis, melius aut secus, veteres effingentibus felicius aut infelicius, imitationem cessisse deprehendimus: et hoc quidem non tam ex scriptorum aetate et seculo, quam ex illorum ingenio et iudicio aptum et suspensum erat. Frustra igitur cl. Fabricio in Bibl. Gr. vol. VI. l. V. c. 6. art. 8. pag. 813. Longus post Heliodorum scripsisse videtur, eumque locis quibusdam imitatus esse. Nam quis cl. Fabricio declaravit Heliodorum potius a Longo, quam Longum ab Heliodoro expressum fuisse? cum praesertim omnes Graeci scriptores Erotici, quorum omnium unum fere est genus, ex isdem fontibus hausisse videantur. Sic in alio genere, quis nisi ab historicis edoctus Longinum Dionysio Halicarnassensi et Quintiliano, quorum multa simillima habet, priorem esse aut posteriorem ex solo dicendi genere et colore, absque ullis aliis indiciis colligere potuisset? Magna autem cum licentia priorum auctorum Graecorum et Latinorum opera imitari solebant, imo interdum quasdam eorum particulas sibi assumebant posteriores scriptores; quod Longinum cum Dionysio Halic. et Quintiliano, Plinium cum Dioscoride, Livium cum Polybio, Appianum cum Plutarcho, etc. etc. comparanti facile patebit.

Egregie ut semper, summus ille Ruhnkenius in doctissima sua Timaei praefatione. „Vix quisquam (posteriorum „scriptorum) post heroica illa tempora ad scribendum accessit, quin se totum ad aliquem antiquiorum, qui omnium „consensu ingenii ac doctrinae principatum obtinerent, exprimendum imitandumque daret. Quemcunque vero sibi „elegisset, eius non solum orationis habitum formulasque „loquendi, sed sententias etiam et bene dicta acerrimo con„sectabatur studio, in succumque, quod aiunt, et sangui„nem vertebat. Sed ex illis heroibus quatuor imprimis po„sterior aetas et admirata est et studiose effinxit, Homerum, „Thucydidem, Platonem et Demosthenem. (Quibus addo

Euripidem, Herodotum et Xenophontem). „Ab Homero „quidem quot lumina sententiarum dicendique colores reli„qui scriptores sumserint, nihil attinet dicere. Sed eius „imitationem ut vel tiro deprehendat, sic caeterorum, quos „dixi, ne eruditissimus quidem, nisi diu multumque in illo„rum scriptis sit volutatus. Horum bene cogitata et bene „dicta si quis ita ut digitos suos norit, et in numerato ha„buerit, illum aio infinitis veterum scriptorum locis, vel de„pravatis adhuc posse mederi, vel lucem reddere parum in„tellectis." Caetera ibidem vide apud hunc clarissimum virum utiliter et vere monentem, unius Platonis ope, qui quo magis caeteros ingenio scriptorumque varietate vicit, eo plures, etiam prae Thucydide et Demosthene "nactus est imitatores, et ex quo maxime profecerunt omnes, qui lautius quodlam dicendi genus secuti sunt et praesertim Sophistae, Themistium et Synesium, post Petavii etiam curas, Philostratum, Dionem Chrysostomum, Plutarchum, Maximum Tyrium, Iulianum etc. etc. quibus adde omnes posteriores scriptores, et ipsos patres ecclesiasticos ac praesertim S. Chrysostomum, S. Basilium, S. Gregorium Nazianz. etc. etc. passim et sanari posse et explicari.

Nec tamen illi posteriores Graeci scriptores uni auctori, quem per omnia sequerentur ita se proprie addixerunt, ut non etiam, apicularum more, sucos ex omnibus omnium aliorum floribus delibatos conficerent, *δρέποντες καρφὰς ἀρετᾶν ἀπὸ πασᾶν*, plurium bona ante oculos sibi ponerent, et quod in unoquoque optimum erat, in suum usum converterent, sed cum illis, quorum ars pene tota imitatione constabat, ea laus fere sola relicta fuisse videretur *), ut, quae a priscis historicis, oratoribus, philosophis et poetis occupata fuerant egregie dicta et cogitata, ea imitando facerent sua, omnes pulchritudinum species, quae in omnium veterum scriptis insident, "avide intuentes in iisque defixi, ad il-

*) Sic inimitabilis ille veterum imitator Fontanius in nota quam decimae sextae libri primi fabulae subiecit „nous ne saurions „aller plus avant que les anciens: il en nous ont laissé pour „notre part, que la gloire de les bien suivre."

[illegible] laram simultatem se quaque omnia effingebant, atque veterum humeris innixi, ad sublime dicendi genus assurgebant, ut inquit Longinus dicendo videbimus, sect. 13. p. 35 sq. ed. Toup.; ubi ad hanc aemulationem semper necessariam invidendam esse monet, et hanc imitationis vim ac vis commonstrat, in qua non solum Herodoti impressa sunt vestigia, sed etiam Stesichori, Archilochi et praeserim Platonis, qui, cum Aeschylo et Sophocle etc. maxime Homerum sunt imitati. ἀλλὰ τίς ὁδὸς ἐπὶ τὸ ὕψηλα τείνει· πόλα δὲ καὶ εἰς αὐτὴν, ἢ τῶν ἐμπροσθεν μεγάλων συγγραφέων καὶ ποιητῶν μιμήσεις τε καὶ ζήλωσις, καὶ τοῦτον γε, φίλτατε, ἄπρις ἐγώμεθα τὸν σκοπόν . . . . . Μόνος Ἡρόδοτος θαμασιώτατος ἐγένετο; Ἀνησίχορος ἔτι πρότερον, ὅ, τε Ἀρχίλοχος, πολὺν δὲ τούτων μιμᾶται ὁ Πλάτων, ἀπὸ τοῦ Ὁμήρου τυχὸν ἀναπεπνευκὼς εἰς αὐτὸν ἀνωθεν ὁσας καταῤῥοὰς ἀπογεγονότας. καὶ τοῦς ἡμῖν ἀποβλεπτέον ἐστί, εἰ μὴ τὰ ἐπ' ἐσθους καὶ οἱ περὶ Ἀριστόνοι ἐπεξωτες ἀνεγράψαν. Nec hoc, inquit idem Dionysius Longinus, pro furto habendum esse, sed ὁσα μὲν ἐκ μίμησις, ἀλλ' ὡς ἀπὸ καλῶν ἠθῶν πλουτοῦντα ἢ δημιουργήματα διανοουμένης.

Sic Demosthenes non solum Thucydidem imitando expressit, sed etiam Platonem, quod minus notum eoque magis observandum est. Tullius de claris oratoribus, no. 31, lectitavisse Platonem studiose, audivisse etiam Demosthenes dicitur; idque apparet in genere et grandidate verborum. Dicit etiam in quadam epistola hoc ipse de sese. Hinc Antonius apud Ciceronem de Oratore, libr. II. n. 22, vel antiquissimis omnium oratoribus Pericli, Archilochi, Thucydidi, semper aliquod obversatum fuisse exemplar, quod intuerentur imitandoque effingerent, sic probat: antiquissimi fere sunt, quorum quidem scripta constent, Pericles atque Archilochus et eadem aetate Thucydides; subtiles, acuti, breves, sententiis magis quam verbis abundantes. Non potuisset, inquit, accidere, ut unum esset omnium genus, nisi aliquem sibi proponerent ad imitandum. Pariter non dubito, quin priores auctores, quorum scripta perierunt, imitatus fuerit et ille Homerus, quem postea nemo non imitatus, nullus assecutus est. Sed, ut Nili, sic Homeri ubertatem et per-

ennis fontis, qui omnium posteriorum scriptorum ingenia foecundavit, et a quo, ut illo sit

Vatum Pierias ora riganter aquis,

originem cognoscere nobis negatum est; et de hoc celeberrimo poeta, cujus vel ipsa latet patria (quamvis ut Iovis tumulum Creta mendax, sic illius poetarum dei inquabula septem urbes ostentaverint), idem vere exclamare possumus, quod de foecundo illo Aegypti flumine Lucanus l. X. v. 294.

"Et te terrarum nescit cui debeat orbis,
Arcanum natura caput non prodidit ulli;
Nec licuit populis parvum te, Nile, videre:
Amovitque virus et gentes maluit ortus
Mirari quam nosse tuos — solique paguri
Concessum per utrosque polos.

Quemadmodum autem vel prisci illi heroes, Herodotus, Thucydides, Plato, Demosthenes, Archilochus, Stesichorus, Aeschylus, Sophocles etc. antiquiorum, ut Homeri etc. opera imitati fuerant: sic et ipsi quoque posteriorum imitatione expressi fuerunt; et qui sacro antiquissimorum auctorum afflatu instincti fuerant, ii eodem divino afflatu posteriorum scriptorum mentes concitarunt et solo contactu incenderunt. Et ut nostram faciamus similitudinem, quam Plato in Ione p. 363. et 364. adhibuit, illos divina vis, haud absimilis ab ea quae in magnete lapide insita est, movit et impulit. Quemadmodum enim ille lapis non solum ferreos annulos ad se allicit et trahit, sed eam ipsis annulis vim infundit, qua hoc idem efficere possint, ac perinde ut lapis alios annulos ad se allicere et trahere, unde longa plerumque ferramentorum et annulorum continuatio et series, cum alius ex alio nectatur, et omnibus inter se aptis et colligatis ex uno eodemque illo lapide vis derivetur: ita et Homeri et antiquissimorum auctorum Musa sequentes "scriptores Stesichorum, Archilochum, Herodotum, Platonem etc. divino instinctu concitavit; qui et ipsi concitati, posteriores scriptores eodem sacro furore inflammaverunt. Et hinc illa admirabilis series et continuatio, qua, exempli gratia, Racinius ex Euripide, ut Euripides ex Homero nectitur. Hinc illa immensa et longe lateque protensa semper processit catena, quae omnia secula, omnes aetates et regiones, omnem denique terrarum

* * * *

orbem complexa est, quae omnes egregios scriptores regnanti Homero subiectos illique tributum fere solutos ita circumsedit, ut ab illius imitatione omnes posteriores poetae, philosophi, oratores, historici pependerint, quemadmodum dii deaeque omnes, et tota adeo rerum natura, ex aurea Iovis catena apti, suspensique in octavo Iliadis libro exhibentur.

Ille ipse, qui imitationis utilitatem tantopere praedicavit, Longinus, non solum Demosthenem, Platonem etc. sed etiam recentiores, Dionysium Hal. et Quintilianum et hunc quidem, ut a Tollio et Pearcio indicatum est, vel in hoc ipso quem laudavimus de imitatione loco, imitando expressit. Sed nemo apertius imitationes suas profitetur isque confidentius gloriatur quam Lucianus, cuius notandus hic locus in Piscat. t. I, p. 575. fq. ubi Platonem aliosque veteres philosophos sic alloquitur: *αὐτὰ γοῦν ἃ φημι ταῦτα, πόθεν ἄλλοθεν ἢ παρ' ὑμῶν ἀπομιμούμενος καὶ κατὰ τὴν μέλετην ἀσκούμενος, ἐπιδείκνυμαι τοῖς ἀνθρώποις· εἰ δὲ διαπτύσεσθε καὶ γνωρίζουσιν ἕκαστος τὸ ἄνθος ὅθεν καὶ παρ' ὅτου καὶ ὅπως ἀνελεξάμην καὶ λόγῳ μὲν ἐμὲ ζηλοῦσι τῆς ἀνθολογίας· τὸ δὲ ἀληθὲς ὑμᾶς καὶ τὸν λειμῶνα τὸν ὑμέτερον οὐ τοιοῦτοι ἐξηυθήκασι ποιῆσαι καὶ ποικιλῆσαι βατρίς, οἵας ἀναλέξασθαί τε αὐτὰ ἐπιστήμων καὶ διακρῖναι καὶ ἁρμόσασθαι, ὡς μὴ ἀπὸ δεξιᾶς δύσχρων δεξιὰν.* Id est: *Haec autem ipsa quae dico, unde alias quam a vobis sumens ut apum instar vestros flores delibans, etsi nolitis hominibus? ut illi, laudent et excerptum a singulis scriptoribus florculum agnoscant, unde et a quo et quomodo legerim* (quod ut obiter moneam, quibet posteriorum scriptorum editos et ipse agnoscere et aliis iudicare debet), *et verbo quidem me sectantur, propter hanc legendorum florum peritiam, re ipsa autem vos sectantur et vestrum studiosi, qui tales protulerit flores tam varios specie et coloribus; si tamen quis illos scit et legere et nectere et componere, ne alter ab altero discrepare videantur.*

Quod autem hic de se ipso profitetur Lucianus, id et de omnibus fere aliis dicendum posterioribus scriptoribus, quorum idem imitationis et *ἀνθολογίας* studium, sed non eadem in legendis, nectendis, componendisque illis floribus peritia; quo ut iam alio discrimine internoscuntur. Qui

autem inter hos posteriores scriptores eminuerunt aut maximam laudem consecuti sunt, id quod ex antiquis mutuabantur, illud ita domesticis illustrabant pigmentis, tam apte suo accommodabant proposito (quemadmodum Aristophanis comoedias et Demosthenis orationes suis homiliis S. Ioann. Chrysostomus), ut non ex alieno petiviasse fundo, sed e suo eduxisse viderentur. Veterum egregie dicta et cogitata felici imitatione facientes sua, colores e variis scriptoribus ductos ita inter se temperare et commiscere noverant, ut inter se congruerent, utque unum et idem videretur dicendi genus; quod non semper a Plutarcho servatum, cuius opera versicoloribus variorum poetarum, historicorum, oratorum et philosophorum sententiis et verbis, veluti tesseralis et vermiculato emblemate distincta sunt; de quo vide Cl. *Reisk.* Anim. ad Graec. Auct. v. II. p. 120. Praef. ad Animadvers. in Plutarchi opuscula.

Nunc autem apud nos, qui Musas colimus severiores, si quis scriptor Gallicus optimorum, qui regnante Ludovico XIV. floruerunt, auctorum non solum orationis habitum formulasque dicendi, sed etiam sententias imitando exprimeret, nec solum illorum fontibus suos irrigaret hortulos, sed etiam pulcherrimis flosculis undique decerptis sua exornaret scripta et dicendi luminibus, etiam iis quae sunt vehementer illustria, undique assumptis illuminaret purpureosque Racinii, Bossueti etc. pannos suae orationi assueret, id ei non laudi sed vitio verteretur. Quanquam hoc solum inter optimae notae scriptores Graecos posteriores et inter pravos e recentibus discriminis intercedebat, quod apud illos, ut Lucianum, Longinum, Longum, etc. manentibus veterum verbis dicendique formulis, mutatae ac prorsus novae ut plurimum exhiberentur sententiae, quae antiquis vestirentur vocabulis; apud hos autem iisdem fere semper manentibus sententiis, mutato duntaxat occurrant verba, quae communibus ac vulgaribus dictis, varietatis colorem inducant et novitatis speciem induant, nicque illi perpetera dicere videbantur, vel cum nova dicerent, suis quidem cogitatis, veterum vero utentes vocabulis; hi autem, cum perpetera scribant, nova profetre existimantur.

Hinc autem apud Graecos diutius quam apud Latinos

pore dicerent, diserti magis quam eloquentes, nec teretes ac religatos aures voce minus Attica, aut parum numerosa offenderent clausula, hinc diutius apud Graecos remansit puri sermonis integritas quam eloquentiae vis ac salubritas, et magis prudens ac sincerum fuit eorum auditum quam mentis iudicium.

Hoc quoque plurimis Sophistis nocuit eorumque impetum retardavit, quod plerumque, iis quae erant a veteribus inventa et imitatione, quae per se ipsa non sufficit, contenti fuerunt. Nam ut egregie inquit sapienter ille Quintil. l. X. c. 2. §. 10 sqq. p. 648. Capp. „Eum nemo potest aequare, „cuius vestigiis sibi utique (an ubique?) insistendum putat; „necesse est enim semper sit posterior qui sequitur. . . „Quidquid alteri simile est, necesse est minus sit eo, quod „imitatur; ut umbra corpore, et imago facie, et actus histrionum veris affectibus. Quod in orationibus quoque evenit. Namque iis quae in exemplum assumimus, subest natura et vera vis, contra omnis imitatio ficta est, et ad alienum propositum accommodatur. Quo fit, ut [accommodat quod facit: ut] minus sanguinis ac vitium declamationes habeant [habent], quam orationes, quia in illis (malem, his) vera, in his (mallem illis) assimulata materia est.“ Notandum autem posteriores Sophistas in scribendis declamationibus, quas μελέτας vocabant, et in fictis concertationibus totam fere vitam contrivisse palaestrae magis quam pugnae accommodatos, et rarissime ex hac domestica et umbratili exercitatione medium in agmen, in pulverem, in clamorem, ut ait Tullius, in castra atque aciem forenses, ad veras causas agendas suam dictionem eduxisse.

Imo eorum quoque pigritiam fovebat et ipsa linguae Graecae tam mollis tam tenerae et flexibilis, ut quocunque vellent, docilis sequeretur, inexhausta copia, facilitas et pulchritudo, quae fructus illaboratos et sponte provenientes, semper decerpendos offerebat, iisque praesto aderat, quos defecerat ingenii vis, inventionis facultas, doctrinae elegantia optimarum artium supellex. Quo minus autem adiuvat sermo, quo minora suppetunt dicendi instrumenta, eo magis inventione certatur, sententiarum numero et gravitate contenditur, ut penuria verborum rerum copia compensetur

et linguae malignitas expugnetur, eaque repugnante fructus e sterili fundo educantur. Contra quidam ex recentioribus Sophistis, circumfluentibus undique opulentissimae linguae copiis imperitantes, sensui minus interdum serviebant; et eligendis, perpendendis, coagmentandis et tanquam tesserulis componendis vocibus intabescentes ac toti in dimetiendis modulandisque syllabis occupati, sententias negligebant et de rebus ipsis parum laborabant; nugis canoris et numeroso, sed inani tinnitu ita aures, quibus insidiabantur, permulcebant, ut suavissimo illo concentu deliniti abirent auditores contenti et nihil fere amplius requirerent, nec ab illa oratione nervos, aculeos, sententias, imo fere semper sensus et res abesse sentirent, et his quidem facilius, ob felicissimam sermonis ubertatem, Arabica, Graeca et Latina carere possit oratio, quam Gallica, cum nostrae linguae inopia ingenii divitias, et sterilitas inventionis foecunditate sublevanda sit.

Huc adde quod, ut ait Quintilianus l. X. c. 1. p. 624. et c. 2. p. 649. in optimis scriptoribus summis hominibus, sed hominibus tamen, qui nonnunquam labuntur, fatigantur, dormitant, et in quibus adeo incidunt aliqua vitiosa et a doctis inter ipsos etium mutuo reprehensa, interdum posteriores scriptores deteriora imitarentur (id enim est facilius,) ac se abunde similes putarent, si vitia magnorum consequerentur. Unde Tullius de Oratore l. II. c. 22. §. 90. „Ergo hoc sit primum in praeceptis meis ut demonstremus, „quem imitetur (orator), atque ita, ut, quae maxime excellant in eo quem imitabitur, ea diligentissime persequatur. „Tum accedat exercitatio, qua illum, quem ante delegerit, „imitando effingat, atque ita exprimat, non ut multas imitatores saepe cognovi, qui aut ea quae facilia sunt, aut etiam illa, quae insignia, ac paene vitiosa consectantur imitando.“ Ut in Oratore c. VIII. §. 32. neminem Thucydidis neque verborum neque sententiarum gravitatem imitatum esse affirmat; *sed cum*, inquit, *mutila quaedam et hianter locuti sunt, quae vel sine magistro facere potuerunt, germanos se putant esse Thucydidas. Nihil est facilius*, inquit idem de oratore l. II. c. 22. §. 91. *quam amictum imitari alicuius, aut statum aut motum. Si vero etiam vitiosi aliquid est, id*

sumpsere, et sine ea, non magnus est, ut ille, qui nunc etiam omissa voce fulsit in re publica Fufius, nervos in dicendo, C. Fimbria, quos tamen habuit ille, non assequitur, verba praetulit et verborum latitudine imitatur. Sed tamen illa nec delegere ocissit, quibus potissimum similis esset, qui ipse ipse, quem delegerat, dissideri etiam vitia voluit.

Hoc autem his accidit, ait Quintilianus, l. X. c. 2. §. 16. p. 649., *qui non introspectis penitus virtutibus, ad primum ut videri aspectum eruditionis optarunt: at cum sit foelicissima aemulatio, verbis atque sententiis non nisi multum differendum, non dicendi atque inveniendi non assequantur, sed plerumque claudicant in pejus, et prurigine virtutibus vitia comprehendunt, sumpsque pro grandibus tumidi, pressis exiles, fortibus temerarii, laetis corrupti, compositis exultantes, simplicibus negligentes. Ideoque qui horride atque incomposite quidlibet illud frigidum et inane strinxerunt, antiquis se passos credunt, qui tarnen nitidis atque sententiis, Atticis scilicet, qui proximis conclusionibus observare, Sallustium atque Thucydidem aemulantur: etiam si quosdam, si quid modo damus, circumdederunt, iuvant illi Ciceronem locuturum fuisse. Nonnemo quondam, qui se pulchre expressisse quem illud caelestis hujus in dicendo vim sibi videretur, si in clausula posuisset, esse videretur.* Sic Aper in Dialogo de Oratoribus, qui Quintiliani quam Taciti stilo affinior est pag. 164. ed. Paris 1608. *Nolo irridere illud tertio quoque versu in omnibus pene sententia positum, (in Ciceronе), esse videatur. Num et haec invitus relegi et plura omisi, quia tamen sibi ejurandus atque exprimendus hic, qui se antiquos oratores vocant.*

Studiose illius imitationis et ζηλοτυπίας plurima, magna notanda, videbis exempla apud Lucianum in libello inscripto: Quomodo Historia conscribenda sit; t. II. p. 21 sqq. §. 15 sq. Idem ib. pag. 28. §. 15. hunc fuisse communem sui aevi scriptoribus errorem observat, ubi se Thucydidis abunde similes esse eiusque dicendi genus feliciter expressisse confiderent, cum paucis immutatis, ipsamet illius verba et solemnes loquendi formulas, quae saepius apud eum occurrunt, insarcirent, καὶ γὰρ οὐ μικρὸν ἐπιτήδευμα τοῦτο εἶναι τοῖς Συγγράφειν ἐπιχειροῦσι

λέγων, ἐ δὲλίον δυσχεραίνει τὸ μέσον ἐκείνου λέγειν, μικρὸν πρὸ αὐτοῦ φήσαντος ὡς καὶ ἐντὸς ἂν φαίνηται, οὐδὲν δὲ αὐτὸ τὸ ἐν μέσῳ λέγειν, καίτοι καὶ ἐκεῖνο ἀπαγορευόμενον πάνυ πολλαχοῦ. Nec has solum solennes loquendi formulas, cuilibet antiquo auctori proprias, sed etiam prisca et exolota vocabula infercichant, odiosa, ut ait Quintilianus l. VIII. c. 3. §. 30. pag. 486. ἀπαξ quam cuilibet esse facilem et hoc postremum pronunciat, quod rei studiosus non verba rebus aptavit, sed res extrinsecus accessit, "quibus haec verba conveniant. Sic prorsus Lucianus in Lexiph. §. 24. t. II. p. 348. Lexiphanem hoc morbo laborantem et obsoleta putidius exquisita ac mere, ut putabat, Attica vocabula colligentem, obiicit eum in hoc maxime peccare, quod non prius sententias quibus verba comparet, et deinde verbis ac nominibus vestiat et exornet, sed contra, ubi insolitum invenit verbum, aut ipse in se confictum, illud pulchrum esse existimet, huic protinus sententias aptare studeat et pro damno habeat si non illud aliquorsum inferciat, etiamsi ei quod dictum necessarium non sit. καὶ μὴν κἀκεῖνο οὐ μικρόν, μᾶλλον δὲ τὸ μέγιστον ἁμαρτάνεις, ὅτι οὐ πρότερον τὰς διανοίας τῶν λέξεων προπαρασκευασάμενος ἔπειτα κατακαθιεῖς τοῖς ῥήμασι καὶ τοῖς ὀνόμασιν, ἀλλ' ἤν που ῥῆμα ἐκφυλον εὕρῃς, ἢ ἀκύρως πλασάμενος οἰηθῇς εἶναι καλόν, τοῦτο ζητεῖς διὰ παντὸς ἁρμόσαι καὶ ζημίαν ἡγῇ, ἂν μὴ παρεμβύσῃς αὐτό που, ὡς τὰ λεγόμενα μηδ' ἀναγκαῖον ᾖ.

ram in cornibus gestabant, arietes autem et oves Chloës luporum ululatum edere audiebantur Apparebat et ipsa Chloë pinu redimita caput. Multa quoque et in ipso mari fiebant mira et praeter exspectationem. Ancorae enim, quamvis in altum eas tollere conniterentur, in profundo fixae perstabant remique in mare demissi, ut remigarent milites, confringebantur: delphines salientes ferientesque e mari suis naves caudis compages solvebant. Audiebatur etiam super arduae petrae cacumine, quae sub promontorio iacebat, sonus quidam fistulae, qui tamen audientes non oblectabat, ut fistula, sed terrebat, ut tuba. Quare perculsi ad arma concurrebant atque quos non videbant hostes vocabant; qua de causa noctem redire optabant, veluti eius beneficio inducias nacturi. Omnibus quidem, quibus mens non erat laeva, constabat, a Pane haec esse terriculamenta auditionesque hisce succensente nautis: causam tamen haudquaquam coniicere poterant, cum nullum Panis templum direptum esset, donec circa meridiem belli praefecto non sine numine in somnum effuso ipsemet Pan talia dicere visus fuit:

XXVII. „O omnium sceleratissimi atque sacerrimi mortalium, quaenam causa vos impulit tanta facinora furibunda „mente patrare? Agrum hunc mihi carum ausi estis bello infestare! Boum armenta et caprarum greges, qui mihi sunt cu„rae, abegistis! Ab aris meis virginem abstraxistis, de qua „Amor vult fabulam facere! Quin neque Nymphas adspicientes „nec me Pana reveriti estis! Quapropter neque cum eiusmodi „navigantes spoliis Methymnam unquam videbitis neque hanc „fistulam, quae vestros animos ita perculsit, effugietis, sed vos „undis obrutos dabo piscibus escam, nisi quam celerrime his „Nymphis Chloën et insuper hos greges Chloës et capras et „oves reddideris. Surgito proinde et e navi puellam cum his, „quae dixi, educito. Tui tibi cursus ducem illi viae me prae„bebo.“

XXVIII. Hisce omnibus consternatus Bryaxis (illud enim nomen duci erat) exsilit et navium ductoribus convocatis inter captivos quam citissime quaeri Chloën iussit, qui illico eam invenerunt et in eius conspectum adduxerunt: sedebat enim pinu coronata. Ille vero hoc ipsum pro indicio et argumento habens eius, quod in somnis viderat, illam ad terram in ipsa praetoria vehit navi. Vix illa e mari in terram descenderat, cum fistulae

sonus iterum de petra exaudiri coepit, non ille tamen, ut antea, bellicus et formidolosus, sed pastoralis et qualis ad pastum ducere solet pecora; ovesque per scalam navis decurrerunt, nec ulli, eo quod cornipedes essent, labi contigit; capellae tamen longe audacius, quippe quae etiam per praerupta rupium scandere non insolentes essent.

XXIX. Atque totus iste grex undique Chloën circumstabat et tanquam chorus tripudiabat balabatque et laetitiam atque hilaritatem prae se ferebat. Aliorum autem pastorum caprae atque oves et armenta ne pedem quidem movebant, sed in navis carina manebant, tanquam ipsa cantu illo non vocante. Cum itaque admiratione omnes tenerentur Panaque celebrarent, conspecta sunt in utroque elemento prioribus mirabiliora. Methymnaeis nimirum, priusquam revellebant ancoras, naves currebant et navem praetoriam delphin e mari prosiliens praeibat; suavissimus fistulae sonus capras ovesque ducebat, nemine fistula canentem vidente. Oves ergo et capellae simul procedebant et pabulabantur suaviter huiusce cantus modulamine delinitae.

XXX. Alterius pastionis tempus erat, cum Daphnis, ab edita quadam specula prospectis gregibus atque Chloë, valide exclamans, „O Nymphae, o Pan!“ decurrit in campum et in Chloës amplexus ruens animo deficiens collabitur. Ille autem aegre, Chloë basiante suoque eum amplexu fovente, tandem reviviscens ad consuetam fagum perrexit sedensque super trunco percontabatur, quomodo tot hostes effugisset. Illa cuncta illi ordine enarravit, videlicet caprarum hederam, ovium ululatum, efflorescentem in ipsius capite pinum, flammam in terra, strepitum in mari, geminos fistulae modos, bellicum nempe atque pacificum, noctem illam horrendam, quomodo sibi itineris ignarae viam monstrasset cantus ille. Agnovit ergo Daphnis Nympharum somnia et opera Panis exposuitque vicissim et ipse, quae vidisset, quae audivisset, quod mori volens Nymphis vitam deberet. Post Chloën dimisit, ut Dryantem et Lamonem, eaque, quibus opus esset ad sacrificium recte peragendum, adduceret; ipse interea optimam e capris correptam hederaque coronatam, quales hostibus ante visae fuerant, et lacte super cornua fuso, Nymphis mactavit, suspensam excoriavit pellemque dicavit.

XXXI. Iam praesente Chloë atque eius comitatu focum accendit Daphnis et parte carnium elixata, parte assata, Nymphis obtulit primitias et pateram musto plenam libavit. Mox toris e fronde substratis, deinde totus in cibo, in potu, in lusu erat simulque greges servabat, ne lupus irruens hostilia perpetraret. Quasdam quoque cantilenas in Nympharum honorem cecinerunt, veterum pastorum carmina. Postquam nox advenit, ibidem in agro pernoctarunt et die sequenti Panis meminerunt: sed etiam ex hircis ipsum gregis ducem pinea redimitum corona ad pinum adduxerunt libatoque desuper vino, bona verba Deo dicentes, mactarunt, suspenderunt, pellem detraxerunt; carnes vero tam assatas quam elixatas frondibus impositas in prato apposuerunt. Pellem una cum cornibus pinui iuxta Panis statuam affixerunt pastorale donum pastorali Deo. Primitias quoque carnium obtulerunt et cratere capaciore libationem peregerunt. Voce Chloë, fistula cecinit Daphnis.

XXXII. Hisce curatis recubuerunt et cibo indulserunt. Ibi forte fortuna ipsis supervenit Philetas bubulcus nonnullas Pani afferens corollas atque uvas adhuc in pampinis et palmitibus haerentes. Eum filiorum natu minimus Tityrus comitabatur, crinibus ardentibus puellus et caesiis oculis, candidus et lasciviens, qui saltu levi veluti haedulus gressus faciebat. Exsilientes igitur omnes simul Pani corollas imponebant palmitesque in fronde pini suspendebant atque prope se recumbere Philetam iubentes compotabant. Tum vero, ut facere amant senes, qui uvidi subbiberunt, varios inter se sermones miscebant: videlicet, quomodo iuvenes pecus pavissent, quot latronum invasiones evasissent: quidam se lupum interfecisse gloriabatur: alius se canendo soli dumtaxat Pani secundum esse; quae erat Philetae gloriatio.

XXXIII. Daphnis autem et Chloë nullas non preces adhibebant, ut et cum ipsis communicare artem istam vellet fistulaque canere in illius Dei festo, cui fistula esset in deliciis. Promittit Philetas, tametsi senectam uti iam inflando non aptam causatus, fistulamque accipit Daphnidis. Sed ea erat exigua nimis pro arte magna, quippe quae ore pueri inflari soleret. Misit igitur Tityrum, ut suam fistulam afferret, casa inde distante stadiis decem. Is abiecta penula, nudus, instar hinnuli currere gestiit. Lamon autem pollicitus est ipsis, se fabulam de Sy-

ringe enarraturum, quam ipsi Siculus pastor mercede, hirco et fistula, cecinerat.

XXXIV. „Haec fistula, inquit, olim non erat organum, „sed virgo forma eleganti et voce concinna. Capras pascebat, „cum Nymphis colludebat, canebat sicuti nunc. Pan ad illam „pascentem, ludentem, canentem accedens pellicere conatus est „ad id, quod cupiebat, promittens se facturum, ut omnes ca„prae geminos partu ederent foetus. At illa amorem ipsius ir„ridebat et amasium recipere se negabat, qui neque hircus ne„que homo integer esset. Pan cum impetu sectari incipit vim „illaturus: Syrinx et Pana et vim fugiebat. Fugiendo defessa „inter arundines se abscondit, in paludem immersa evanescit. „Pan, arundinibus prae ira succisis, puella non reperta, hocce „casu animadverso, organum hoc excogitat, dispares calamos „cera coniungens, ad testandum disparem fuisse amorem. Sic „illa tunc temporis formosa virgo nunc est fistula canora.“

XXXV. Commodum desierat a fabulosa narratione Lamon eumque collaudabat Philetas, qui fabulam omni cantu suaviorem recitasset, cum affuit Tityrus fistulam patri afferens, ingens organum et ex ingentibus compactum calamis, quodque, ubi coaptatum aere, varie distinctum erat. Coniectasses, illam esse eam fistulam, quam Pan primum compegisset. Postquam igitur Philetas surrexit et posuit se in sella corpore erecto, primum quidem calamorum periculum fecit, an inspiranti dulciter sonarent; tum sentiens spiritum sine impedimento permeare exinde alte et iuveniliter inflavit: ita ut aliquis se tibiarum concentum audire putasset; tantum edebat sonum. Paullatim vero vehementiam istam remittendo in iucundiorem sensum convertit modulationem omnemque artem musicam, qua pascentia regi et duci possent armenta et pecora, ambitiose explicans et ostentans fistula canebat, quatenus armento quadraret boum, quatenus caprarum gregi conveniret, quale ovibus esset gratum. Suavis erat ovium cantus, boum vehemens, acutus capellarum: in summa omnes fistulas una exprimebat fistula.

XXXVI. Ceteri igitur taciti iacebant ista modulatione deliniti. At Dryas surgens canique iubens cantilenam Bacchicam, torcularium saltationem ipsis saltare coepit, nunc referens vindemiantem, modo cophinos ferentem, deinde uvas calcantem, tum dolia implentem, denique bibentem mustum. Quae omnia

ita apte et perspicue exhibuit Dryas, ut sibi videre viderentur et vites et prelum et dolia et re ipsa bibentem Dryantem.

XXXVII. Hic ergo tertius senex cum magnam saltando assecutus esset laudem, Chloën atque Daphnim est deosculatus, qui statim surgentes fabulam Lamonis saltant. Daphnis agebat Pana, Chloë Syringa. Ille suadere conando supplicabat, haec fastidiendo eum deridebat. Ille bisulcas imitatus ungulas summis pedum unguibus insistens currebat, Chloë contra in silvam quasi in paludem subducitur. Daphnis autem, arrepta illa grandi Philetae fistula, flebilem, ut amans, edebat cantum; amatorium, veluti ad amorem illiciens; revocatorium, instar requirentis; ita ut Philetas admiratione perculsus subsiliret eumque oscularetur osculatusque donaret fistula et optaret, ut similiter Daphnis eam pari relinqueret successori. Daphnis autem suam illam parvulam Pani suspendit et osculatus Chloën, tanquam veram post fugam receptam, gregem fistula canendo abigebat.

XXXVIII. Nocte oborta simul e pastu reduxit ovium gregem Chloë suae fistulae cantu cogens: et caprae prope oves ibant et Daphnis prope Chloën incedebat. Quare semet in noctem multis verbis ultro citroque habitis explevere et constituerunt sequenti die matutinus educere greges; atque ita fecerunt. Illucescente enim die statim in pascua venerunt, et postquam Nymphas primum, deinde Pana salutarunt, hinc sub quercu sedentes fistula ludere coeperunt; exinde suavia mutuo dabant et accipiebant: ibant in amplexus alter alterius simulque decumbebant et nihil ultra perpetrantes iterum surgebant. Nec cibi incuriosi fuerunt; potusque illis vinum lacte mixtum.

XXXIX. Quibus omnibus calidiores audacioresque redditi inter se concertationem instituerunt amatoriam et paullo post ad fidem iuramento stabiliendam processerunt. Ad pinum progressus Daphnis per Pana iuravit, se absque Chloë solum in vita non mansurum ne unum quidem diem: Chloë autem antrum ingressa Daphnidi per Nymphas adiurat, eandem habituram se et mortem et vitam. Ea tamen Chloae, utpote puellae, erat simplicitas, ut antro egressa denuo sibi ab illo iusiurandum putaret accipiendum: „Daphni, dicens, Pan est deus in „amores propensus et infidus. Amavit enim Pitym, amavit et„iam Syringa. Nunquam desinit molestus esse Dryadibus et

„Epimelidibus Nymphis negotium facessere. Ille igitur, etiamsi „non steteris sacramento, quo per eam te obstrinxeris, non cu„rabit de te sumere poenas, quamvis ad tot feminas, quot sunt „in fistula calami, accesseris. Tu autem mihi per caprarum „hunc gregem perque capram illam, quae te educavit, iurato, „te nunquam desertorum Chloën, dum tibi fida manserit: erga „te autem et Nymphas iniustam fugito, odio insectator, quin „occidito ut lupum.“ Laetabatur sibi derogata fide Daphnis; et in medio caprarum grege stans et altera manu capram, altera hircum prehendens iuravit, se Chloën amantem amaturum; quod si alium Daphnidi praeferret, pro illa ipsum esse se occisurum. Gaudebat fidemque adhibebat Chloë, utpote puella et puella, quae oves pasceret quaeque capras et oves opilionum et caprariorum proprios esse Deos crederet.

LIBER TERTIUS

I. Mytilenaei vero ut hostilem illarum decem navium appulsum resciverunt atque ipsis nonnulli, qui ex agris veniebant, populationem istam indicaverunt, indignum rati a Methymnaeis ista pati quanta fieri posset celeritate maxima adversus illos arma movere decreverunt. Et conscriptis tribus clypeatorum millibus, equitibus quingentis, miserunt terra suum imperatorem Hippasum, tempore hiberno maris fidem tentare non ausi.

II. Hic igitur expeditione suscepta agros Methymnaeorum haudquaquam depopulabatur nec greges aut bona diripiebat agricolarum atque pastorum, ratus scilicet, id potius latronis quam ducis esse: sed illico ad civitatem ipsam festinabat veluti portas minus custoditas invasurus. Verum illi, cum centum circiter stadia abesset ab urbe, inducias offerens occurrit praeco. Postquam enim Methymnaei edocti fuere a captivis, insciis omnino Mytilenaeis haec omnia accidisse agricolasque et pastores in adolescentes contumeliosos istorum facinorum auctores fuisse, statim eos poenituit facti praecipitanter magis vel atrociter, quam prudenter, contra vicinam urbem suscepti. Id autem praestare summa cum cura festinabant, ut, universa restituta rapina, tuto tam mari quam terra commercia exercerentur. Caduceatorem itaque istum ad Mytilenaeos Hippasus mittit, quamquam imperator belli summus creatus pro arbitrio statuendi potestatem habuit. Ipse a Methymna ad decem stadia castra metatus mandata ab urbe sua praestolabatur. Biduo interiecto nuntius adveniens illum praedam recipere et nulla illis iniuria illata domum redire iussit; nam cum illorum esset arbitrii pacem eligere aut bellum, pacem utiliorem esse inveniebant.

III. Illud igitur Methymnaeos inter et Mytilenaeos bellum, insperato tam initio quam fine accepto, sic fuit compositum. Verum hiems Daphnidi atque Chloae ipso bello longe acerbior oritur. Quippe nix densa repente circum lapsa omnes interclusit vias agricolasque omnes casis inclusit. Rapidi torrentes pleno fluminae decurrebant glaciesque concreverat. Arbores quasi putatae videbantur, terra universa cooperta nusquam apparebat nisi circa scatebras et fluvios. Nemo itaque gregem pabulatum educebat vel ipse prodibat foras, sed luculentis focis accensis tempore gallorum cantus alii lina versabant, alii caprinos contexebant pilos, alii tendiculas avibus capiendis artificiose construebant. Tunc boves curabant in praesepibus palea, capras oves que in caulis fronde, porcos in haris ilignels quernisque glandibus.

IV. Itaque cum omnes necessario domi detinerentur, ceteri agricolae atque pastores agebant hilares, utpote qui a laboribus paullum liberati essent cibumque matutinum sumerent longumque dormirent somnum; ita ut ipsis hiems aestate, autumno, immo ipso vere iucundior videretur: at Chloë Daphnisque in memoriam intermissarum voluptatum revocati, ut osculati se fuissent, ut in mutuos se dedissent complexus, ut communi usi fuissent esca, iam noctes transigebant insomnes atque moesti nihilque tam avide exspectabant quam vernum tempus, quo quasi ex morte renatio ipsis esset futura. Dolor praeterea ipsis oboriebatur, quando vel pera quaedam in manus eorum venit, ex qua cibum antea promserant, vel mulctrum, unde prius simul potaverant, vel fistula neglectim proiecta, quae donum erat amatorium. Nymphas igitur et Pana precabantur, ut se hisce expedirent malis, sibi gregibusque solem tandem exhiberent, et una precando quaerebant sibi viam, qua se mutuo viderent. Chloë autem admodum animi dubia consiliique plane erat inops; namque illi ea, quae habebatur mater, semper assidebat lanam carminare docens et torquere fusum, nonnunquam etiam ineundi coniugii mentionem iniiciens: Daphnis vero, utpote otium agens et puella sollertior, huiuscemodi artem videndae Chloes excogitavit

V. Ante casam Dryantis et quidem sub ipsa casa myrti procerae duae et hedera erant. Myrti iuxta se vicinae stabant, hedera vero in medio utriusque erat, quae ad utramque suos

diffundens ramos, haud secus ac vitis formam antri foliis alternantibus praebebat; plurimus magnitudineque racemo par corymbus e palmitibus pendebat. Hinc iuxta hanc ingens avium hibernarum multitudo inopia victus compulsa, quem foris non inveniebat. Frequentes erant merulae, frequentes turdi, palumbes atque sturni et quaecunque hederam depasci amant volucres. Praetextu illius aucupii profectus est Daphnis pera obsoniis mellitis repleta et ad fidem faciendam viscum et laqueos secum portans. Loci quidem intercapedo non excedebat stadia decem; at vero nix nondum resoluta plurimum illi negotii facessebat: verum amori cuncta, ignis, aqua, immo nix ipsa Scythica sunt pervia.

VI. Cursitando igitur ad casam pervenit niveque cruribus decussa laqueos collocavit viscumque virgis longis illevit; dehinc consedit de avibus et de Chloë sollicitus. Ceterum volucres quidem et advolarunt complures et capta fuit ipsarum satis magna copia; ita ut mille modis occupatus esset Daphnis eas colligendo, necando, plumis nudando: extra tamen villam nemo prodibat nec mas nec femina, ne gallina quidem villaris, sed omnes ad ignem sedentes intus erant conclusi: ita ut animi pendens, quo se verteret, Daphnis nesciret, veluti malis progressus avibus: et audebat sane, modo commentitus fuisset speciosam quandam rationem, foribus sese inferre atque intrudere: ideoque secum deliberabat, quid bene dici posset, quod a verisimilitudine minus abhorreret. „Ignem accendere volebam. Scili„cet intra stadii spatium vicinos non habebas? — Panes petitu„rus accessi. Sed pera tibi plena cibi. — Vino opus habeo. At„qui heri et nudius tertius vindemiasti. — Lupus me persequebatur. Et ubinam lupi vestigium? — Ad aves capiendas ve„niebam. Postquam cepisti, cur non abis? — Chloën videre „cupio. At vero patri et matri virginis quis hoc fateatur?... Ve„rum enimvero nihil ex his omnibus caret suspicione. Melius „itaque tacere. Chloën autem tempore verno videbo, quando„quidem fata, ut videtur, hieme hanc me cernere vetant.“ His atque id genus aliis mente agitatis, omnibus autem offensus, quas ceperat aves tacite colligebat et abitum moliebatur. At, velut ipsius vicem Cupido miseraretur, haec accidunt.

VII. Dryas cum suis mensae accumbebat. Carnes distribuebantur, apponebantur panes, miscebatur crater. Interea ca-

nis unus ex pecuariis observata dominorum incuria raptoque cannis frustulo proripuit se foras ex aedibus. Aegre hoc ferens Dryas, ipsius enim erat portio, arrepto baculo illum persequebatur per vestigia veluti canis, et cum persequendo iam ad hederam illam venisset, videt Daphnim suis sibi humeris captas aves imponentem et citato gradu abire se parantem. Et statim carnis et canis cura omni abiecta alte exclamavit: „Salve, puer!“ et amplexus cum osculo dato, manu prehensum intro secum abduxit. Paullum certe tum abfuit, quin se mutuo conspicientes Daphnis et Chloë in terram collaberentur, obdurantes tamen erecti perstare salutaverunt se et osculo exceperunt, idque fulcri instar ipsis, ne caderent, fuit.

VIII. Daphnis praeter spem et osculo potitus et Chloë prope ignem assedit et in mensa ab humeris palumbas cum merulis depositit refersens, quo pacto pertaesus continenter desidere domi venatum prorupperit et quomodo nonnullas harum laqueis, alias viseo, myrtos atque hederam appetentes, ceperit. Illi contra sedulitatem collaudabant cumque ad edendum invitabant, quae reliqua canis fecerat. Chloae vero, ut potum infunderet, mandabant. Tum ipsa hilari facie aliis porrexit. Daphnidi autem ultimo loco post ceteros. Simulabat enim se illi esse subiratam, quod istuc veniens se non conspicatus domum reverti voluisset; attamen priusquam offerret, praelibans inde bibit eique sic dedit. Ille, quantumvis sitiens, tarde bibebat, hac mora longiorem voluptatem percipiens.

IX. Mensa subito panibus carnibusque vacua reddita qui assidebant, super Myrtale et Lamone rogitabant et beatos eos praedicabant, qui talem senectutis suae altorem nacti essent. Et Daphnidi sane ita laudari, audiente Chloë, erat periucundum. Cumque illum praeterea detinerent, quod postridie sacra facturi Baccho essent, non multum abfuit, quin prae voluptate illos pro Baccho ipse adorasset. Ideoque confestim ex pera sua liba mellita multa depromsit et captas aves, easque in coenam mensamque nocturnam apparaverunt. Secundus crater statuebatur alterque ignis denuo accendebatur; iamque nocte quam celerrime oborta, secundis explebantur ferculis, a quibus partim enarrando fabulas, partim canendo, cubitum secedebant, Chloë cum matre, Dryas una cum Daphnide. Atqui nihil inde utilitatis ad Chloën redibat nisi quod crastino die iterum Daphnim posset conspicere;

inani gaudio sese pascebat Daphnis; suave enim ducebat vel cum Chloës parente una cubare; ita ut eum quoque amplexaretur et saepe oscularetur, omnia nempe haec cum Chloë agere se somnians.

X. Ut illuxit dies, frigus erat acerrimum et vis Boreae adurebat omnia. Illi autem surgentes Baccho arietem mactant anniculum et magno igne accenso cibum apparant. Nape autem panem conficiente et Dryante arietem elixante, otium Daphnis atque Chloë nacti extra villam prodierunt, ubi erat hedera; iterumque pedicis positis et virgis visco illitis vim haud spernendam avium ceperunt. Continuo interim mutuis fruebantur osculis iucundosque sermones serebant. „Propter te veni, Chloë.“ „Scio, „Daphni.“ — „Tua causa misellas interimo merulas.“ „Quo igitur „animo vis me esse in te?“ „Sis memor mei.“ „Tui memini, ita me „ament Nymphae, per quas aliquando antro in ilo iuravi, ad „quod, simulac nix resoluta fuerit, veniemus.“ — „Verum alte „cumulata iacet, Chloë; et metuo, ne ipsemet ante illam liquescam.“ „Esto bono animo, Daphni: sol enim fervet.“ — „Utinam ita, mea Chloë, ferveat, quemadmodum flamma illa, meum „quae aduriit cor!“ „Iocos agis, et me decipis.“ — „Non equidem, non per capras, per quas tu me iubebas iurare.“

XI. Cum Chloë his verbis vicissim Daphnidi respondisset velut echo, ipsos vocavit Nape; et celeriter intrarunt, praeda longe uberiori, quam hesterna fuerat, reportata. Tum vero Baccho primitiis de vino libatis epulabantur capita redimiti hedera. Utque tempus fuit, Bacche et Evoë clamato, Daphnim dimiserunt eius pera carnibus et panibus prius repleta. Dederunt etiam illi palumbes ac turdos Lamoni et Myrtalae afferendos, tanquam ipsi alios capturi, dum quidem hiems maneret nec hedera deficeret. Daphnis itaque abiit osculatus ceteros prius quam Chloën, quo huius suavium purum illibatumque sibi servaretur. Etiam alias saepe ad eos profectus est alias atque alias rationes excogitando, ita ut iis non omnino invenusta hiems effluxerit.

XII. Ineunte iam vere, cum nix resoluta terraque detecta esset et herbae virescerent, pastores ceteri greges in pascua educebant et ante ceteros Chloë et Daphnis, utpote longe potentiori servientes pastori. Illico igitur cursus ad Nymphas et antrum dirigitur, illinc ad Pana et pinum, deinde ad quercum,

sub qua sedentes et greges pascebant et sese invicem osculabantur. Conquisiverunt et flores coronis ornare Deos volentes. Hos autem vix Zephyrus miti aura alendo solque suo calore fovendo educere incipiebant: tamen iam ab illis inveritae sunt violae, narcissus et anagallis et ceterae veris primitiae. Chloë quoque et Daphnis caprarum ovium que lac ceperunt idque, coronando simulacra, Diis libavere. Quin etiam fistulae primitias solverunt, tanquam luscinias ad cantum provocantes, quae ex fruticetis et virgultis resonabant Itynque paullatim accurate exprimebant, veluti post longum silentium cantum memoria repetentes.

XIII. Grex balabat et saltu lasciviebant agni et matribus sese subaternentes mammam premebant. Eas autem, quae nondum pepererant, arietes persequentes alius aliam suppositam inibat. Hirci etiam sectabantur capras inque illas lasciviores faciebant saltus deque capellis pugnabant et unusquisque suas habebat et sollicite curabat, ne quis moechus clam eas adoriretur. Huiusmodi spectacula videntes vel ipsi senes ad venerem irritabantur; illi vero et iuvenes et praeterea prurientes, atque in aetatis fervore constituti quique iam pridem amatorias appetebant voluptates, hisce auditis inflammabantur, hisce visis intabescebant et ipsi aliquid requirebant, quod osculo amplexuque praestantius foret: tum praecipue Daphnis, quippe qui per hiemem domi commorando et nihil agendo adolevisset, iam ad oscula impatientius ferebatur et ad complexus lascivius gestiebat eratque in omni re veneria plus solito curiosior et audacior.

XIV. Petebat sane a Chloë, ut in omnibus, quae vellet, sibi morem gereret suique copiam ipsi faceret nudaque cum nudo longius quam antea consueverant, concumberet: illud dicens adhuc desiderari praeter ea, quae praeceperat Philetas, tanquam unicum sedando ameri remedium. Chloae sciscitanti, quid amplius esset osculo, amplexu et concubitu ipso quidve statuisset patrare nudus nudae incumbendo: „Illud“, inquit, „quod „arietes ovibus, quod hirci capris faciunt. Vides, ut hoc opere „peracto nec hae postea illos refugiant nec illi has insectando „se postea fatigent, sed communi deinceps veluti fruantur vo„luptate atque una pascantur. Dulce quid, ut videtur, hoc „opus habet atque amoris vincit amaritudinem.“ — „Quid? an

„non vides, Daphni, capras et hircos et arietes et oves, quem-„admodum recti illi faciant et rectae contra istae patiantur, „alteri nempe insilientes, alterae vero dorso impositos admit-„tentes? Tu tamen a me petis, ut una recumbam idque nuda? „Atqui illae me, licet vestibus amicta, quanto sunt hirsutio-„res?“ Paret Daphnis et concumbens cum ea diu iacuit; nesciusque quidquam eorum agere, quorum gratia tanto libidinis impetu concitabatur, illam erigit et a tergo, hircos imitando, illi adhaesit. At multo magis animi pendens ploravit sedens, quod arietibus rudior rerum amatoriarum esset.

XV. Erat autem ipsi vicinus quidam, proprii agri cultor, nomine Chromis, aetatis iam ad senectutem vergentis. Hic uxorem ex oppido duxerat iuvenculam et formosam atque feminis rusticis venustiorem, cui nomen Lycaenium. Haec quotidie Daphnim conspicata mane ad pascua capras suas, noctu e pascuis abigentem, donis illum inescando sibi conciliare amatorem concupivit. Aliquando soli insidiata fistulam ipsi, mel in favis peramque e pelle cervina donavit. Quidquam tamen eloqui verebatur, cum Daphnidis erga Chloën amorem facile cōiectaret; ipsum enim totum puellae addictum videbat, quod antea quidem ex nutibus et risu poterat intelligere; tunc temporis vero mane apud Chromin fingens se ad vicinam ire puerperam a tergo illos est insecuta et in frutetum quoddam densum irrependo sese abdidit, ne conspici posset; sicque omnia, quae dixerunt, audivit, omnia, quae patrarunt, vidit; ne flens quidem Daphnis illam latuit. Quare vicem horumce miserorum dolens rataque, geminam sibi oblatam occasionem cum salutis ipsorum inveniendae tum suae libidinis explendae, tale quid comminiscitur.

XVI. Postridie eius diei fingens, quasi ad mulierem parturientem iret, ad quercum aperte, ubi Chloë atque Daphnis sedebant, accedit accurateque animi consternationem prae se ferens: „Serva me“, inquit, „Daphni, miseram: etenim ex anseri-„bus mihi, qui numero viginti erant, unum eumque optimum „eripuit aquila, quem tamen magno scilicet onere pressa non „potuit alte evolando in solitam illam excelsam petram depor-„tare, sed in hancce humilem silvam cum eo decidit. Tu ita-„que, per Nymphas et Pana illum oro, hanc ingressus in sil-„vam, sola enim intrare non ausim, meum mihi serva anserem,

„neve sinas anserum meorum numerum sic imminui. Fortasse „etiam aquilam hanc ipsam interimes, neque amplius tam mul„tos vobis agnos haedosque rapiet. Ad custodiam gregis in„terea relinquetur Chloë: omnino illam capellae norunt ut per„petuam tibi in pascendo sociam.“

XVII. Daphnis nihil futurorum suspicatus surgit e vestigio et sumto pede Lycaenium pone sequitur, quae illum quam longissime a Chloë abducebat. Cumque iam, qua silva erat densissima, venissent, iusso illo sedere iuxta fontem. „Amas“, inquit, „Daphni, Chloën, idque hac nocte ex Nymphis rescivi. „Hae mihi in somniis hesternas tuas lacrimas exposuerunt at„que mandarunt, ut te res amatorias edocendo servarem. Haec „autem non sunt suavia et amplexus et qualia faciunt arietes „hircique, sed saltus hi longe illis dulciores; habent enim lon„gioris temporis voluptatem. Quod si tibi collibitum fuerit „hisce liberari malis et experimentum capere voluptatis ac suа„vitatis diu vobis quaesitae, age, temet mihi iucundum praebe „discipulum; ego te in harumce Nympharum gratiam infor„mabo.“

XVIII. Prae voluptate amplius sibi non temperavit Daphnis, sed, utpote rusticus caprariusque, amans et adolescens, ad genua provolatus supplex oravit Lycaenium, ut quam primum hanc se doceret artem, cuius beneficio, quod vellet, faceret Chloae; et veluti magnam vereque coelo demissam rem acceptaurus esset, et haedum se illi largiturum et caseos teneros e primo lacte factos, vel ipsam quoque capram pollicitus est. Quare Lycaenium ubi advertit tantam caprarii liberalitatem, quantam non exspectasset, coepit Daphnim ad istum modum instituere. Iussit illum, ut esset, iuxta se sedere, nec non oscula figere, qualia et quot consueverat, simul inter basiandum ruere in amplexus seseque humi reclinare. Ut ergo sedit et basiavit atque reclinato corpore iacuit, ipsa iam edocta eum ad patrandum non solum fortem esse, verum etiam libidine turgere, ab reclinatione in latus facta ipsum erexit seseque tum perite substernens illum ad viam diu quaesitam direxit; deinde nihil praeterea fecit, ipsa natura, quod porro agendum restabat, docente.

XIX. Perfecta tandem hoc amatoria informatione Daphnis, qui pastoralem adhuc habebat mentem, statim ad Chloën

cursum instituit et quaecunque didicerat statim exsequi parat, tanquam veritus, ne, si paulisper moratus esset, illud ipsum oblivioni traderet. Verum Lycaenium ipsum inhibuit, sic locuta: „Insuper ista quoque te discere oportet, Daphni. Ego, „quae sum mulier, nihil nunc passa fui insolens; olim enim me „haec vir alius docuit, pro mercede virginitate mea accepta. „Chloë autem ubi tecum in hac palaestra colluctata fuerit, plo„rabit ejulabitque; immo jacebit haud secus ac vulnerata multo „manans sanguine. Verum non est, quod cruorem timeas; sed „quando illi persuaseris, ut tibi morem gerat, tunc tu illam in „hunc adducito locum, ubi, si forte clamaverit, nemo audiat, si „lacrimaverit, nemo videat, si cruore foedata fuerit, fonte se „abluat; nec unquam oblivioni trado, quod ego te virum ante, „quam Chloë, fecerim."

XX. Hisce igitur Lycaenium praeceptis traditis ad alteram silvae partem secessit, veluti suum etiamnum anserem quaesitura; Daphnidi autem dicta illa mente agitanti prior ille impetus deferbuerat, verebaturque ullum Chloae facessere negotium ultra osculum amplexumque, cavens, ne vel illa veluti hoste conspecto clamaret, vel tanquam dolore affecta fleret, vel sanguine foedaretur tanquam contrucidata. Modo enim edoctus a sanguine abhorrebat sanguinemque de solo vulnere sequi opinabatur. Itaque cum constituisset se cum illa consueto modo oblectare, silva excessit; atque progressus ad locum, ubi sedebat corollam ex violis contexens, anserem illum aquilae ex unguibus a se extortum mentitus est illique circumfusus basiavit, uti Lycaenium in illo suavi ludo; illud enim, utpote extra periculi aleam positum, licebat. Illa vero capiti eius sertum aptavit comamque, utpote violis longe praestantiorem, osculata est; et e pera caricanae massae portionem et panes aliquot depromtos porrexit eum atque vescentis ab ore illa rapiens instar aviculae pulli edebat.

XXI. Dum edunt ipsi crebrisque oscula ingerunt quam escam, navis quaedam piscatoria, quae oram legebat, visa est. Nullus erat ventus et malacia altaque erat maris tranquillitas. Remigare igitur visum remisque valide incumbentes festinabant recens captos pisces cuidam ex opulentis civibus in urbem vivos afferre. Quod igitur facere amant nautae ad laborem fallendum, hoc idem illi egerant, dum remos attollebant: unus inter

eos hortator nauticos faciebat modos, reliqui, sicuti chorus, una voce conclamantes per certa intervalla ipsius vocem excipiebant. Quamdiu in aperto mari haec fiebant, evanescebat clamor, per auras videlicet voce diffusa; at postquam promontorium subierunt inque sinum lunatim flexuosum et concavum ingressi sunt, ibi ut fortior exaudiebatur vox, ita clara in continentem excidebant celeusmatum carmina. Cava enim convallis campo subiecta clamorem illum in se velut organum quoddam recipiebat et omnium, quae proferebantur, aemulam reddebat vocem; separatim videlicet remorum strepitum, separatim etiam clamorem istum nauticum reddebat et erat iucundum auditu. Praevertente a mari sono, ex terra sonus tanto desinebat serius, quanto tardius inceperat.

XXII. Daphnis igitur non ignarus quid ageretur animum ad mare solum advertit, delectatus navigio terram ocius volucre praeterlabente tentavitque conservare ex his cantiunculis quasdam, quas sua deinde caneret fistula. Chloë autem, tum primum illam, quae Echo appellatur, experta, modo mare respiciebat, dum nautae suum celeusma canebant, modo in silvam oculos avertebat, quaerens eos, qui clamore responderent. Cum autem praetervigassent et tunc in convalle silentium ortum esset, ex Daphnide percontabatur, num a tergo huius promontorii etiam esset mare, sive alia praetervehteretur navis, aliive nautae eadem canerent cunctique simul tacerent. Suaviter igitur Daphnis ridens et suaviori osculo impresso inpositaque illi violacea corolla coepit ei fabulam de Echo narrare, stipulatus ab illa pro docendo alia decem basia operae mercedem.

XXIII. „Nympharum, puella, multiplex genus est. Sunt „Meliae, sunt Dryades, sunt etiam palustres, formosae omnes, „omnes canendi peritae. Uni ex hisce filia Echo nascitur, mor„talis quidem, ut patre nata mortali, formosa vero, ut ex matre „itidem formosa. Educatur a Nymphis, docetur a Musis fi„stula canere, tibiam inflare, pulsare lyram, cithara personare, „denique omnem musicen. Et inde postquam adolevit et ad aeta„tis florem pervenit, simul cum Nymphis choreas ducebat, si„mul cum Musis concinebat; virginitatis amans mares fugiebat „omnes, tam homines quam deos. Pan huic puellae succen„sens et hanc canendi peritiam invidens et illius formae repul„sam passus furorem opilionibus caprariisque immittit: hi vero

„non aliter, quam canes aut lupi, illam discerpunt, et iactant „quoquo terrarum cantabunde adhuc membra. Verum ea cuncta „Terra in gratiam Nympharum ita condidit, ut canendi vim ser„varent et Musarum decreto vocem emitterent atque nihil non „imitarentur, quemadmodum tunc puella, deos, homines, organa, „bestias, etiam ipsum Pana, si quando fistula canit. Quo audito „ille subsilit et per montes insectari incipit, nihil aliud expetens, „nisi ut intelligat, quisnam clandestinus ille sit discipulus.“ Ubi Daphnis haec ita enarravit, non decem modo oscula, sed innumera a Chloë retulit; eadem enim fere sonuit Echo, suo veluti testimonio confirmans illum nihil fuisse mentitum.

XXIV. Iam in dies sole magis magisque fervente, utpote vere desinente et aestate ineunte, iterum illis obveniuntur novae aestivaeque voluptates. Natabant enim ille in fluviis, abluebat se illa fontibus; ille fistula cum pisis certabat, haec cantu cum luscinüis contendebat. Venabantur locustas garrulas, cicadas capiebant resonantes, flores legebant, fructus arboribus decutiebant, poma comedebant. Iam tandem nudi concubuere atque una caprae pelle instrati iacuere. Et mulier facile Chloë fuisset facta, nisi Daphnim sanguinis e primo coitu effluentis cogitatio terruisset. Certe veritus, ne ratio aliquando sua dimoveretur sede, crebro nudari Chloën non permittebat: id igitur mirabatur Chloë, sed causam eius sciscitari verebatur.

XXV. Ista aestate complures Chloëu ambiebant proci et undique frequentes veniebant ad Dryantem, ipsam sibi uxorem petentes, quorum alii donum aliquod afferebant, alii magna promittebant. Itaque Nape, spe incitata, auctor elocandi Chloën fuit, non esse consultum rata tam grandem puellam diutius detinere domi, quae forsan paullo post inter pascendum virginitatem amissura esset et virum aliquem pastorem factura rosis malisque acceptis, sed potius illam matrem familias constituere et multa illa accepta dona proprio genuinoque servare filio: nam non multo ante ipsis puellus erat prognatus masculus. Ac Dryas quidem modo hisce sermonibus deliniebatur; maiora enim, quam pro pastoritia puella, enumerabantur a singulis munera: interdum vero reputans, illam praestantiorem esse, quam quae rusticis illis elocari posset procis, quodque, si quando veros parentes inveniret, ipsos admodum beatos esset redditura, suum differebat responsum nectendoque moras tempus ducebat et in-

teres temperis non pauca inde lucrabatur munera. Illa vero, hoc intellecto magno in moerore degebat idque Daphnim celabat longum per tempus ei aegre facere nolens. Cum vero instaret urgéretque percontando et magis contristari videretur ignarus, quam si gnarus esset, omnia illi aperuit: videlicet quam essent multi et locupletes, qui nuptias ipsius ambirent, quae verba Nape ad nuptias festinans dixisset, quomodo Dryas non abnuisset, sed in vindemiam distulisset.

XXVI. Hisce auditis amens fit Daphnis et sedens collacrimare coepit, mortem oppetere se velle, si privaretur Chloë, affirmans; nec se ipsum solum, sed etiam oves, tali pastore amisso. Deinde cum sese collegisset, animum recipiebat et constituebat hoc Chloës persuadere patri, et inter reliquos procos suum profitebatur nomen sperabatque fore, ut ceteros longe superaret. Unum tantum eum terrebat, quod Lamon scilicet non erat dives: hoc ipsius spes tenues efficiebat. Nihilominus ambire decrevit consultque ita faciendum Chloë. Perro Lamoni nihil ausus est eloqui: at Myrtalae, fiducia sumta, non solum amorem indicavit, verum etiam de nuptiis sermonem iniecit. Haec cum Lamone noctu rem omnem communicavit. Duriter autem illo hunc sermonem accipiente acriterque illam obiurgante, quod pastorum filiam copulatam vellet puero ingentem fortunam suis pollicenti monumentis, qui ipsos repertis suis parentibus non solummodo liberos, sed etiam agrorum latiorum dominos constituturus esset; Myrtale de amore timens, ne Daphnis, desperatis omnino nuptiis, necem sibi inferret, alias ipsi, cur Lamoni contradixisset, causas renuntiavit. „Pauperes sumus, mi „fili; quin potius opus habemus, quae conferat aliqua sponsa: „illi contra opulenti et qui opulentos expetant sponsos. Nunc „persuade Chloae, illa autem patri suo, ne quid magnum petat, „sed ut omnino matrimonio vos iungi sinat. Illa te amat et „mavult cum paupere formoso, quam cum divite simia concumbere."

XXVII. Myrtale nunquam sperans fore, ut Dryas de his consentiret, utpote qui longe divitiores haberet procos, speciosas satis recusationis nuptiarum causas sese allegasse existimabat. Daphnis autem dicta redarguere nequibat; at cum non haberet, quantum postulabatur, quod solemne est matertbus egestate laborantibus facisbat, plorabat et Nympharum iterum

implorabat auxilium. Eae autem ipsi, cum dormitarent, noctis tempore superveniunt, illa ipsa forma et habitu quo prius. Atque rursus natu maxima verba faciebat: „De nuptiis quidem „Chloës alius Deus curam suscepit; nos autem ea tibi dabimus „munera, quae Dryanta deamicebant. Navis illa, quae Methymnae„orum iuvenum erat, cuius vinctum funem tunc quondam „capellae corroserunt, eodem illo die longe a terra in altum „provecta est; nocte vero, vento ex alto spirante mareque tur„bante, ad terram in promontorii cautes est eiecta. Ipsamet „igitur perilt multaque, quae in ea erant coniecta; at marsu„pium ter mille drachmis plenum, a fluctu excussum eiectum„que iacet alga coopertum prope delphinem mortuum; propter „quem nullus viator accessit putredinis huius foetorem fugiens: „Sed tu accurrito, cumque accesseris, tollito et, cum sustu„leris, dato. Sat tibi nunc est non pauperem videri; tempore „vero tandem eris adeo dives.“

XXVIII. Hisce dictis illae simul cum nocte abierunt. Orto autem die prosiliens e lecto Daphnis plenus gaudii, magno cum impetu pastum agebat greges atque osculatus Chloën adoratisque Nymphis ad mare descendit quasi se abluturus. Ibi tum in sabulo, prope litus, quo fluctus allidebantur, inambulabat, illa terna drachmarum millia quaerens. Neque ipsi multus labor impendendus erat: quippe delphin male olens ibi proiectus et putrescens naribus eius incurrit, cuius putredinem quasi vinc ducem nactus confestim adest, et fuco marino remoto plenam argenti cramenam invenit. Sustulit hanc et in peram suam condidit; nec tamen prius abiit, quam bona verba dixisset Nymphis et ipsi mari. Quamquam enim caprarius erat, iam tamen mare terra iucundius censebat, quippe quod in nuptiis Chloën conciliandis sibi opem tulisset.

XXIX. Nactus autem tris illa millia drachmarum nihil amplius morabatur; ac veluti non modo agricolarum illic degentium, sed etiam omnium mortalium ditissimus, statim ad Chloën venit eique somnium enarrat; iubet illam gregem tantisper custodire, donec ipse redeat; citatoque gradu ad Dryanta fertur animoso eumque invenien frumenta quaedam in area una cum Nape triturantem magna cum fiducia talem de matrimonio infert sermonem: „Chloën mihi in uxorem tradito. Ego novi ea„mere egregie fistula, putare vitem et stirpem in terram info-

„dere. Novi etiam arare terram et frumentum ad ventum vanno „excutere. Quomodo vero gregem pascam, testis est Chloë: „quinquaginta capras acceptas duplicavi; educavi etiam magnos „atque formosos hircos, cum antea alienis meis submitterem „capras. Denique sum inveniis et vicinus vester inculpatae vi„tae. Quin me capra educavit, sicuti Chloën ovis. Cum autem „tanto alios spatio post me relinquam, ne in donis quidem illis „quidquam concesserim. Dabunt illi capras ovesque et par „boum scabiosorum et frumentum ne gallinis quidem cibandis „idoneum. A me vero tria haecce drachmarum millia habebitis. „Tantum hoc nemo resciscat, ne ipse quidem Lamon meus pa„rens.“ Simulque porrigebat atque Dryanta complexus osculabatur.

XXX. Illi, ex insperato tanta vi argenti conspecta, e vestigio Chloën huic uxorem spondebant idemque se Lamoni persuasuros pollicebantur. Nape autem cum Daphnide ibidem manens boves circumagebat et tribulis spicas comminuebat. Dryas recondito marsupio, ubi monumenta reposita habebat, citato gradu ad Lamona Myrtalenque ferebatur, ab iis, quod novum insolitumque, sponsum petiturus. Quos cum offendisset hordea metientes modo ventilata animosque despondentes, quod ferme pauciora essent, quam quae terrae mandassent semina, de illis eos consolari aggressus est ubique locorum communem hanc esse querelam professus; et petebat Chloae Daphnin dicens: „Licet alii non pauca darent, se nihil quidquam a Lamone „Myrtaleque accepturum; immo potius de suis bonis insuper „largiturum; simul enim eos educatos et inter pascendum ea „coniunctos amicitia, quae facile divelli nequeat: iam vero „etiam eos ea esse aetate, qua mutui consortes etiam tori esse „possent.“ Dryas quidem haec et alia plura dicebat, quippe qui persuadendi praemium domi ter mille drachmas haberet. Lamon vero haudquaquam amplius paupertatem suam obtendere poterat illi; nam non fastidiebant: neque Daphnidis aetatem; iam enim erat adolescens. Quod tamen erat verum ne sic quidem eloqui voluit, scilicet Daphnin talibus nuptiis longe superiorem esse; sed cum aliquamdiu conticuisset, ita respondit:

XXXI. „Aequum facitis, qui vicinos peregrinis praeferatis „et pauperie honesta non potiores aestimetis divitias. Pan et „Nymphae pro iis vos suo amore dignentur. Egomet ipse ad

„nuptias maturandas promus sum; utique enim insanirem, qui „semisenex iam sum, et manibus ad opera quotidiana indigeo „pluribus, nisi etiam vestrae familiae amicitiam mihi adiunge„rem. Magnum quoddam hoc bonum; magnoque quae affecte„tur studio digna Chloë, honesta atque formosa puella, omnino „in omnibus rebus optima: verum servus cum sim, nullius meo„rum sum dominus; sed necesse est, ut dominus meus certior „factus haec permittat. Age igitur, nuptias in autumnum diffe„ramus; tunc meum dominum adventurum aiunt, qui ex urbe „ad nos venerunt. Erunt tunc maritus et uxor: nunc fraterno „sese invicem prosequantur amore. Tantum, o Drya, hoc unum „scito: affectas et ambis iuvenem longe nobis potiorem.“ His dictis Lamon osculum Dryanti dedit potumque porrexit, cum iam tum sol meridianus incalesceret; eumque ad aliquantum comitabatur, omni humanitatis officio prosecutus.

XXXII. Dryas, non oscitanter postremo hoc Lamonis sermone audito, inter ambulandum secum cogitare coepit, quisnam tandem hic esset Daphnis. „Enutritus quidem a capra fuit, non „sine cura numinum; est facie decora nullaque ex parte simili„simo seni et mulieri glabrae. Habuit praeterea tria millia „drachmarum, quantam ne pirorum quidem vim credibile est „caprarium habere. Ecquid etiam hunc aliquis exposuit, sicuti „Chloën? Ecquid etiam hunc invenit Lamon pari fortuna at„que illam ego? Ecquid etiam monumenta abiecta fuerunt si„milia iis, quae a me sunt inventa? Quodsi haec ita se ha„beant, domine Pan caraeque Nymphae, hicce suis inventis pro„pinquis forsan etiam de Chloës aliquid reperiet secretis.“ Talia quidem animo volvebat suo somniabatque usque dum venit in aream: quo progressus Daphnim arrectis auribus suspensum deprehendit confirmavitque, „Gener salve!“ dicens; et autumno nuptias se facturum promisit dextramque dedit in fidem, nullius, praeterquam Daphnidis, coniugem Chloën esse futuram.

XXXIII. Cogitatione igitur celerius, ne potu quidem vel cibo degustato, ad Chloën accurrit: quam cum offendisset mulgentem caseosque prementem, laetum hunc de matrimonio apportat nuntium atque deinde illam non furtim, sed ut uxorem deosculatur inque communionem laboris veniebat. Mulgebat lac in mulctralia, conspissatos indebat cratibus caseos, admovebat

matribus agnos et haedos. Postquam haec bene fuerant curata, aqua se abluerunt, cibum et potui sumserunt, circumvagati sunt quaesitum fructus maturos. Horum quidem suppetebat magna copia, quia omnium ferax haec anni tempestas erat. Multa pira silvestria erant, multa hortensia, multa mala: quorum alia humi deciderant, alia adhuc arboribus adhaerebant. Sed quae humi iacebant, fragrantiora; quae de ramis pendebant, venustiora erant: illa ceu vinum fragrabant; haec ceu aurum fulgebant. Una malus stabat, cuius iam omnia poma erant ablecta, quae neque fructum, neque frondes habebat, cuiusque omnes rami nudati erant: sed malum unicum in ipso vertice supremum maturuerat, magnum ac pulchrum quodque multorum aliorum fragrantiam solum vinceret. Scilicet qui reliqua decerpserat, eo ascendere metuerat, ideoque istud inde avellere neglexerat. Fortassis vero eximium illud pomum amanti pastori servabatur.

XXXIV. Hoc malum ut conspexit Daphnis, enixus decerpere gestiebat atque Chloën impedientem neglectui habuit. Haec neglecta citato gradu ad greges abiit. Ceterum Daphnis, postquam ascendit, eo pervenit, ut decerperet donumque Chloae afferret, et talia verba iratae dixit: „Hoc, virgo, pomum, quod „vides, anni aetates pulchrae peperierunt, hoc arbor egregia „enutrivit, sol ad maturitatem perduxit et conservavit fortuna. „Quod non potui, cum oculos habeam, relinquere, ne, si humi „deflueret, vel pecus illud inter pascendum pedibus conculcaret, „vel serpens, dum prorepit, venenaret, vel tempus illud absu„meret proiectum ac solummodo oculis et laudibus usurpatum. „Hoc Venus in certamine suae formae praemium tulit; hoc „idem ego tibi do palmarium. Eiusdem conditionis, ac Venus, „tu testes habes. Paris erat opilio; caprarius ego.“ Hisce dictis, hoc malum illius gremio imposuit; at illa propius accedentem osculata est: ita ut Daphnim non poeniteret audaciae, qua ascenderat in tantam altitudinem; namque osculum vel aureo malo pretiosius accepit.

LIBER QUARTUS

I. Advenìens autem ex Mytilenarum urbe quidam Lamonis conservus herum paullo ante vindemiam venturum nuntiavit cognitarum, nuìa quod damnum suis agris intulisset appulsus ille Methymnaeorum. Aestate igitur iam abeunte et autumno adventante, Lamon sedulo ei paravit mansionem, in qua nihil, quod oculis non esset gratum, occurreret. Fontes emundabat, ut illimes unda clara pellucerent; fimum ex caulè egerebat, nè suo foetore ullam crearet molestiam; hortum summa cura excolebat, ut omni amoenitate rideret.

II. Hic autem hortus erat pulcherrimus et in morem regalium hortorum. Excurrebat ad stadii magnitudinem; situs erat in loco celso, latitudine complectens quattuor iugera; ut iure eum campo per planum porrecto assimilasses. Ferebat porro omnigenas arbores, malos, myrtos, piros, malos punicas, ficus, oleas; et aliis in locis procerum vitem, quae foeta nigrescente uva malis et piris incumbebat, perinde ac si de fructu cum illis contenderet. Atque haec quidem erant sativae arbores. Nec minus ibi cyparissi, lauri, platani et pini crescebant, quibus omnibus loco vitis inminebat hedera, cuius corymbus ingens et nigrescens uvam aemulabatur. Intus quasi praesidio aliquo munitae fructiferae stirpes continebantur; quas foris steriles circumvallabant, haud secus ac sepimentum humano artificio fabrefactum; quamquam septum e tenui macerìa factum haec omnia ambiebat. Secto limite erant digesta et discreta omnia truncique a truncis abiuncta. In sublimi invicem rami coibant et

frondes se invicem consociabant. Putasses utique etiam haec, quae natura sane ita se habebant, ab arte profecta. Erant et florum areolae, quorum alios producebat terra, alios industria humana. Rosae nempe, hyacinthi et lilia, manu sata atque culta; violas, narcissos, anagallidas sponte submittebat humus. Aestate ibi umbra, vere florum amoenitas, autumno fructus, et quavis anni tempestate voluptas.

III. Ab hoc loco campus despici poterat eratque videre pascentes: despici poterat etiam mare conspiciebanturque qui navibus praetervehebantur, ita ut etiam hoc horti deliciis merito accenseri posset. In ipso vero horti medio, qua aeque in longitudinem ac latitudinem extendebatur, delubrum Baccho et ara erant posita: aram hedera, delubrum palmites cingebant. Erant etiam in interiori delubri parte picturae, Bacchi res gestas ob oculos ponentes, videlicet parientem Semelen, Ariadnen somno sopitam, Lycurgum vinculis constrictum, Penthea discerptum exhibentes. Hic victi stabant Indi atque transformati Tyrrheni. Ubique Satyri calcantes, ubique Bacchae choreas ducentes. Neque omissus Pan, qui in petra, sua canens fistula, sedebat perinde ac si caneret commune carmen tam calcantibus viris, quam feminis tripudiantibus.

IV. In hoc igitur tali horto Lamon omnem posuit operam, quo excultum atque politum daret, et arida excidendo et palmites adstringendo pedamentisve alligando. Bacchum floribus coronabat; aquam adducebat fons quidam a Daphnide floribus irrigantis inventus; operam quidem floribus dabat, Daphnidis tamen fons appellabatur. Daphnim etiam hortabatur Lamon, ut pingues nitidasque, quam maxime posset, capras redderet, dicens, omnino illas herum, non longum post tempus adventurum, esse visurum. Bono erat animo Daphnis, utpote laudem caprarum nomine promeriturus; duplo enim quam sibi traditus fuerat, capellarum gregem reddiderat auctiorem, neque ullam lupus abstulerat, et ipsis ovibus obesiores erant. Cum autem vellet herum promtiorem esse ad nuptias comprobandas, omni sane cura, omni studio et alacritate agebat, summo mane illas pastum educendo seraque vespera reducendo. Bis appellebat ad aquam sedulogue indagabat, ubi maxima suppeteret pabuli copia. Caraverat quoque, ut sibi essent sina nova mulctrarumque copia et crates capacieres. Tantam his impendebat curam, ut etiam cornua ca-

pellarum inungeret et pilos ipsos pexos nitidosque efficere studeret. Putasses te Pani sacrum videre gregem. In partem illius circa gregem caprarum laboris ipsa quoque Chloë veniebat suoque grege neglecto maiori ex parte iis vacabat; ita ut Daphnis existimaret, per illam fieri, quod capellae tam pulchrae viderentur.

V. Hisce intentos alter ex urbe veniens nuntius vindemiare vites quam ocissime iussit seque permansurum dixit, donec ex uvis mustum fecissent et tum demum in urbem reversurum, ut dominum adduceret peracta autumnali vindemia. Hunc igitur Eudromum (eo enim nomine appellabatur, quia ei erat iniunctum currere) excipiebant summa lubentia et benignitate, simulque uvas e vitibus decerpebant ad praela eas conferentes, mustum condentes in cados, racemos adultos cum palmitibus desecantes, quo liceret ex urbe venientibus aliqua frui vindemiae imagine et voluptate.

VI. Non pauca autem Eudromo, ad urbem iam reversuro, Daphnis dedit dona; talia autem dedit dona, qualia caprarum grex praebet, videlicet caseos bene compactos, haedum sero genitum, pellem albam atque hirsutam caprae, quam hiberno tempore currens induerat. Impense delectabatur atque Daphnim osculabatur ille promittens, se aliquid boni de illo dicturum domino. Sic ille abiit benevolo animo; Daphnis autem anxietatis et curarum plenus cum Chloë manebat. Quin etiam illa magno in metu erat; nempe adolescentulus, assuetus dumtaxat videre capras, oves, agricolas et Chloën, tunc primum visurus erat herum, cuius solum nomen tunc primum fando audiebat. Erat igitur sollicita de Daphnide, quo pacto herum aditurus et compellaturus esset, ac de matrimonio, ne frustra illud somniarent. Hinc continua intercedebant suavia mutuique amplexus, haud aliter quam si coaluissent. Nec tamen illorum oscula sine timore erant neque amplexus sine vultu tristi; non secus atque eorum, qui herum iam praesentem timerent, vel clam illo ista agerent. Verum talis tumultus illis intervenit.

VII. Lampis quidam erat, bubulcus ferox. Hic uxorem a Dryante petebat Chloën urgensque nuptias multa dono dederat. Qui cum intelligeret, Daphnim, siquidem dominus non reprobaret, eam ducturum esse in matrimonium, dolos consuere aggreditur, quibus dominum adversus eos exacerbaret; cumque non ignora-

ret, magnopere illum horto delectari, eum, quoad fieri posset, vastare suaque amoenitate privare decrevit. Quoniam autem, si arbores caederet, futurum erat, ut deprehenderetur fragore proditus; animum floribus perdendis adiecit. Observata igitur nocte transgressus sepem flosculos partim e radicibus eruit, partim confregit, partim instar porci pedibus protrivit. Atque ille quidem clam se subduxit; sequenti vero die Lamon ad hortum progressus eum aqua fontana irrigaturus erat. Conspicatus totum illum locum pervastatum et facinus, quale inimicus, non latro perpetrare solet, illico suam discidit tunicam et voce alta Deos inclamavit, ita ut Myrtale, omissis iis, quae in manu habebat, accurreret pariterque Daphnis, qui capras in pascua eduxerat, recurreret. Hoc videntes clamabant et clamantes flebant.

VIII. Incassum quidem lugebant flores; verum horum tactes flebant. Ne peregrinus quidem superveniens a lacrimis sibi temperasset; exutus enim omni venere erat locus restabatque tantum terrae solum lutulentum: florum si quid effugerat iniuriam, subflorebat atque fulgebat et adhuc amoenum erat, etsi laceret. His insidebant apes perpetuo et sine intermissione bombum facientes, veluti illos lamentantes. Lamon autem prae animi consternatione in haec verba erumpebat: „Eheu! rosae quam „sunt diffractae? Heu! violae quam sunt conculcatae? Eheu! „hyacinthi et narcissi, quos homo aliquis improbus e terra „eruit. Ver adveniet, isti autem non vernabunt. Orietur aestas, „hi autem non vigebunt. Autumnus aderit, isti autem neminem „coronabunt. Neque vero tu, domine Bacche, miserorum ho„rumce florum misertus es, iuxta quos habitabas quosque oculis „usurpabas et quibus te saepe coronavi? Qua fronte hunc hor„tum hero ostendam? Quo animo is haec visurus est? Me se„mem de pino aliqua ut Marsyam fortasse suspendet; forsan etiam „iam Daphnim, quasi nimirum caprarum facto haec acciderint.“

IX. Ob haec lacrimae oboriebantur fervidiores, neque deinceps flores, sed semetipsos deflebant. Lugebat simul Chloë, si Daphnis suspenderetur, et iam optabat, ut nunquam eorum dominus adveniret, diesque exantlabat acerbas, quasi iam cerneret Daphnim flagrorum verbera patientem. Coepta iam nocte venit nuntiatum Eudromus, dominum maiorem post triduum affuturum, gnatum vero eius die sequente praeventurum. Deliberatum igitur fuit de hisce, quae acciderant, et de consiliis conferendis Eu-

dramum secum adhibuerunt. Ille benevolo animo prosequens Daphnim suasit, ut rem prius aperiret domino minori seque causam adiuturum spondebat, ut qui non certe nullo numero apud dominum haberetur, quippe cuius esset collactaneus; exorteque die ita egerunt.

X. Veniebat Astylus equo insidens unaque eius parasitus, qui et ipse equo vehebatur. Quorum ille nudius tertius barbam emittere coeperat; at huic Gnathoni (hoc enim huic nomen erat) iampridem abrasa barba fuerat. Lamon vero una cum Myrtale et Daphnide ad illius genua provolutus, infelicis ut misereatur senis seque innocentem patris irae eripiat, supplex orat simulque illi exposit quae contigerant omnia. Supplicantis misertus Astylus hortum ingreditur et conspicatus florum excidium esse dixit ipse veniam impetraturum a patre et incusaturum equos, quod ibi alligati insolentius lascivissent, alia contrivissent, alia proculcassent, alia suffodissent, loramentis nimirum liberati. Ob haec Lamon et Myrtale omnia ipsi fausta apprecabantur; Daphnis autem dona insuper attulit, videlicet haedos, caseos, aves earumque foetus, racemos adhuc palmitibus dependentes, poma adhuc in ramis pendentia: inter ista dona erat etiam fragrantissimum vinum ex Lesbo, potu praestantissimum.

XI. Astylus quidem collaudabat ista eratque assiduus in venandis leporibus, utpote opibus abundans iuvenis et luxu numquam non diffluens, quique ideo rus venerat, ut nova voluptate perfrueretur. Gnatho autem, utpote homo unice edoctus edere et ad ebrietatem usque se ingurgitare venerique deditum esse post ebrietatem, quique nihil aliud quam gula et venter erat quaeque sunt infra ventrem, non negligenter Daphnim sua dona conferentem contemplatus fuerat; sed cum natura puerorum amator esset, inventa, qualem ne in urbe quidem vidisset, forma, Daphnim aggredi desrevit, hoc facile ratus illi, utpote homini caprario, se persuasurum. Haec cum constituisset, venationis non erat cum Astylo particeps, sed descendens ad loca, ubi pascebat Daphnis, verbis quidem capras, sed re vera Daphnim spectatum veniebat. Deinde blandis illum deliniens verbis laudibus efferebat capras, tibiaque ut pastorale carmen caneret, postulabat addebatque, mox ipsi libertatem impetraturum se, qui videlicet nihil non apud Dionysophanem posset.

XII. Ut autem illum mansuetum sibique morigerum vidit,

nocte insidiatus capellas e pastu abducenti occurrens oscula quaedam dedit; deinde ut more caprarum hircis sui copiam facientium, sibi tergum obvertat, precatur. Haec cum tandem animadvertisset Daphnis et dixisset: „capras quod ineant hirci, id „quidem se recte habere, sed hircum nunquam quemquam vi„disse inire hircum, neque arietem pro ovibus arietem, neque gallos gallinarum loco gallos," ibi Gnatho velle vi adigere manusque iniicere. At ille hominem ebrium aegreque pedibus insistentem cubito repulsum humi prostravit et veluti catulus aufugiens iacentem reliquit, viri, non pueri, qui manu deduceret, opera indigentem. Neque postea eum admittebat Daphnis, sed modo hoc, modo illo loco capras pascebat illum vitans Chloënque diligenter servans. Neque Gnatho amplius illum curiose observabat, cum intellexisset, eum non solum formosum, sed etiam robustum esse. Captabat autem occasionem de eo colloquendi cum Astylo sperabatque fore, ut illum dono habiturus esset ab iuvene multa et praeclara largiri volente.

XIII. Tunc vero non potuit. Namque advenichat Dionysophanes una cum sua Clearista; omniaque tumultu et strepitu iumentorum, servorum, virorum atque mulierum fervebant. Inde autem componere coepit sermonem amatorium eumque prolixum. Erat hic Dionysophanes iam semicanus, magnus et formosus, qui ne iuveni quidem cederet; quin etiam dives inter pauros et tam probus, ut nemo alius. Hic post adventum primo die omnibus Diis agri praesidibus sacra fecit, Cereri, Baccho, Pani, Nymphis statuitque omnibus, quotquot aderant praesentes, cratera communem; reliquis diebus Lamonis inspexit opera: utque conspexit campum probe impressis sulcis aratum, vineam palmitibus totam turgidam, hortum eleganter politum, (quod enim ad flores attinebat, Astylus omnem culpam in se receperat) impense delectabatur atque Lamonem laudibus evehens insuper pollicebatur se eum liberum manumissurum. Postea etiam ad caprarum gregem descendit capras caprariumque visurus.

XIV. Chloë autem in silvam aufugit tantam turbam reverita. At Daphnis hirsuta caprae pelle indutus stetit ex humeris suspensam recens consutam habens peram, tenens utraque manu, altera recentes caseos, altera hoedos lactentes, Si quando Apollo Laomedonti mercede pacta serviit et armenta pavit, talis certe erat, qualis tunc visus est Daphnis: qui ne verbum quidem pro-

tulit, sed rubore suffusus fixit oculos humi muneraque porrexit. Lamon vero, „Hic,“ inquit, „here, caprarum tuarum custos est. „Tu quidem quinquaginta mihi tradidisti pascendas, et duos „hircos; hic usque ad centenas auctas dedit et decem hircos. „Vides, quam sint pingues nitidaeque et vellere densae cornibus„que integris. Eas etiam musicas reddidit; namque fistula au„dita statim omnia imperata faciunt.“

XV. His dictis aderat Clearista et specimen eius, quod dictum erat, sumere cupiens iussit Daphnim capellis, ut soleret, fistula canere, simul promittens, si id fecisset, se eum tunica, laena et calceis muneraturam. Ille, in theatri modum illis dispositis, stans sub fago e pera fistulam depromsit. Primum quidem exilem inflando edidit sonitum et statim capellae surrexerunt capitibus erectis: deinde pastoralem occepit cantum, atque capellae capite in terram demisso pascere coeperunt: rursus suavem et argutam sonum edidit, et simul omnes reclinatae quieverunt. Tum acutum insonuit, et illae, non secus ac lupo irruente, in silvam confugerunt. Paullo post receptui signum dedit; tum derepente silva egressae prope pedes ipsius circum circa cucurrere omnes. Nemo unquam famulos vidit ita dicto audientes hero. Ceteri igitur omnes mirabantur, praecipue vero Clearista, quae promissa huic formoso et musico caprario dona se persoluturam iuravit. Reversique ad villam prandebant et Daphnidi quaedam de sua misere mensa.

XVI. Ille una cum Chloë hisce epulis fruebatur delectabaturque gustando oppidanorum cibos spemque concipiebat fore ut, dominis cum id persuasisset, nuptias consequeretur. Gnatho autem magis accensus iis, quae apud capellas acciderant, minimeque vitalem sibi vitam esse opinans, ni Daphnide potiretur, Astylum in horto inambulantem captavit et in Bacchi aedem abduxit, ubi ipsius pedes et manus osculari coepit. At illo sciscitante, cur id faceret, et imperante ut eloqueretur, quid rei esset insuperque adiurante, se nihil ipsi denegaturum, „Actum est,“ inquit, „here, de Gnathone tuo. Qui ad hoc usque tempus solam ama„bam mensam tuam, qui antehac iurabam, nihil esse magis lepidum, „quam virum vetustum, qui ephebis Mytilenaeis tuos obsoniorum „conditores formosiores esse affirmabam, nunc solum Daphnim „formosum esse censeo. Atque ne gustatis quidem exquisitis il„lis dapibus, quarum singulis diebus ingens est apparatus, car-

„nibus, piscibus, libis mellois, libenter herbam ac frondes de„pascerem in capellam conversus, Daphnidis modo auscultans „fistulam et sub illius manu pascens. Tu vero tuum servato „Gnathonem invictumque vince amorem. Sin minus, tibi per „meum iuro Deum, pugione arrepto et aqualiculo hoc cibis usque „repleto, memet occidam ad ipsas adeo Daphnidis fores. Tu „vero haud amplius me vocabis Gnathonulum, ut assidue per „iocum soles."

XVII. Ferre non potuit lacrimantem iterumque pedes exosculantem iuvenis magnanimus et amantium doloris haudquaquam ignarus illique pollicitus est, se a patre petiturum Daphnim eumque ducturum in civitatem sibi quidem mancipium, ipsi vero amasium. Cum autem vellet cum bono esse animo, interrogabat subridens, numquid eum puderet Lamonis filium amare, et nihil non moliri, quo cum adolescentulo capras pascente rem haberet? Et simul simulabat, sese hircinum illum fœterem detestari. Gnatho contra, qui nullos non amatorios logos perditorum hominum compotationibus didicisset, non alienum a re de se ipso et de Daphnide retulit; „Nemo amatorum, domine, hisce curiose per„scrutandis immoratur, sed in quocunque tandem corpore formam „inverit, illa capitur: idcirco et plantam nonnullus deperiit „nec non flumen et feram. Et quidem quis non amantem mise„ratus est, cui formidandus est ille ipse, quem amat? Servile „quidem corpus, at liberalem formam amo. Vides, ut illius coma „hyacintho similis sit? ut fulgeant oculi sub superciliis, veluti „pala aurea inclusa gemma? ut illius facies rubore suffusa sit? „ut illius oris dentes eboris instar candicent? Et quis amator „non omnibus votis contenderet inde candida sumere basia? Sin „vero pastorem arsi, Deos imitatus feci. Bubulcus erat Anchises, attamen illum habuit Venus. Capellas pascebat Bran„chus, et Apollo ipsum amavit. Pastor Ganymedes erat, et illum „Iuppiter rapuit. Nec contemnamus puerum, cui etiam capellas, „veluti amantes; morigeras videmus. Immo potius, quod etiam „nunc in terris manere tantam venustatem sinant, gratias agamus „Iovis aquilis."

XVIII. Astylus cum ob hoc maxime dictum suaviter risisset dixissetque magnos sophistas ab Amore formari, circumspectare commodum tempus coepit, quo patrem de Daphnide alloqui posset. Eudromus subauscultavit, quaecunque locuti erant, clanca-

lum, et, cum Daphnim ut optimum iuvenem diligens, tum aegre ferens quod tam elegans iuvenis ludibrio esset futurus Gnathoni, extemplo omnem rem aperuit et Daphnidi ipsi et Lamoni. Daphnis igitur, animo consternatus, simul cum Chloë se in fugam dare constituit, vel vitae finem sibi ponere, ea quoque comite exsilii adscita. At Lamon, evocata foras Myrtale, „Periimus,“ „inquit, „uxor. Tempus est ea revelare, quae hactenus tecta „fuere. Caprae et cuncta reliqua deserta erunt: sed, Pana at„que Nymphas testor, etiamsi, quod aiunt, bos in stabulo sim „relinquendus, Daphnidis fortunam nequaquam reticebo; sed, me „invenisse expositum, dicam et quomodo enutritus fuerit, indi„cabo et quae cum illo exposita fuerint, ostendam. Discat sce„lestus iste Gnatho, et quis sit ipse et quos amare audeat. Tu „modo cura, ut haec mihi monumenta sint promta parataque.“

XIX. Sic ubi inter ipsos convenit, se intro receperunt. Astylus ad patrem otium agentem advolans, petit, ut Daphnim sibi liceat in urbem abducere, utpote formosum praestantioremque, quam qui ruri degat, et brevi temporis spatio a Gnathone urbanos mores edocendum. Lubens pater concessit atque arcessitis Lamoni ac Myrtalae laetum afferebat nuntium, pro capris hircisque, Astylo in posterum daturum esse operam Daphnim; pollicitus, pro illo duos illis se daturum caprarios. Tum Lamon, cum iam omnes confluxissent atque, quod formosum essent habituri conservum, laetarentur, dicendi copiam petiit sicque fari coepit: „Audi, here, ex viro sene verum sermonem: „iuro Pana Nymphasque, me nihil falsi esse dicturum. Non sum „ego Daphnidis pater, neque tam beata unquam fuit Myrtale, „ut mater fieret. Alii parentes hunc exposuerunt infantem, „forsan grandiorum liberorum satis habentes. Ego inveni illum „expositum, et a capra mea nutritum, quam etiam mortuam in „horti ambitu sepelivi, magno illam amore prosequens, quod ma„tris praestiterat officia. Inveni etiam monumenta quaedam cum „illo exposita. Dico, domine, atque asservo ista; fortunae enim „altioris, quam ut nobis convenire possint, haec sunt signa. „Servum autem illum esse Astyli, videlicet famulum pulchrum „domini pulchri atque boni, non aspernor; at illum Gnathonis „libidini et iniuriae exponi, id nullo modo tolerare possum; cum „eum Gnatho ideo Mytilenen adducat, ut muliebria patiatur.“

XX. His dictis Lamon, multas in lacrimas effusus, conticuit. Cum autem Gnatho audacius sese efferret verberaque minaretur, Dionysophanes dictis obstupefactus Gnathoni silentium imperavit, torve supercilia in ipsum intorquens; et Lamonem iterum interrogavit iussitque eum sera respondere, neque consimilia fabulis confingere, quo sic filium retinere posset. Cum autem Lamon firmus in verbis persisteret perque omnes iuraret Deos seque ad tormenta offerret, si quid mentitus fuisset, assidente Clearista, dicta examinabat. „Quare Lamon mentiretur, cum pro „uno duos accepturus sit caprarios? Quomodo haec commenti„tus fuisset homo rusticus? Nonne statim fuit incredibile, ab „tali senecione atque matre grandaeva filium tam insigni forma „progenitum esse?“

XXI. Placuit non ulterius coniecturis inhaerere, sed ipsa inspicere monumenta, num illa splendidioris insignioresque fortunae essent. Abiit Myrtale, cuncta allatura, quae vetusta in pera asservabantur. Allata primus inspiciebat Dionysophanes, visisque chlamydicula purpurea, fibula ex auro fabrefacta, gladiolo eburneum habente capulum, vehementer exclamans, „O Iup„piter dominator!“ advocavit uxorem, ut et ipsa intueretur. Quae ut vidit, vehementer et ipsa exclamavit: „Carae Parcae! „Nonne haec sunt, quae una cum nostro filio exponenda cura„vimus? Nonne haec in hos ipsos agros asportaturam Sophro„synen misimus? Non sunt alia certe, sed ipsamet haec sunt, „marite carissime. Nostra haec proles: tuus filius Daphnis est, „et paternas capellas pavit.“

XXII. Illa adhuc loquente Dionysophaneque signa haec deosculante praeque nimio gaudio lacrimas fundente, Astylus intelligens, suum esse fratrem, statim abiecto pallio, cursu tendebat per hortum, primus osculari Daphnim volens. Cum autem illum currentem videret Daphnis multis stipatum clamantemque Daphni, illum ratus accurrere, ut ipsi manus iniiceret, pera fistulaque abiectis ad mare ferebatur se praecipitem de excelsa petra daturus. Et fortasse, quod novum et insolens, inventus periisset Daphnis, nisi, re intellecta, Astylus clamitasset iterum: „Siste gradum, Daphni, et nihil reformida. Frater tuus sum, „et parentes tui sunt, qui hactenus heri erant. Nunc nobis La-

„mon de capra rem omnem narravit et monumenta ostendit. „Vide, conversus, quam laeti incedant quamque hilari vultu. „Verum me primum osculeris: iuro per Nymphas, me nihil „mentiri.“

XXIII. Vix post iusiurandum hoc stetit et Astylum occurrentem exspectavit atque accedentem osculo excepit. Interea, dum illum osculatur, cetera multitudo adest, servorum ancillarumque turba affluit, etiam ipse pater una cum matre. Hi omnes illum amplexabantur, deosculabantur cum gaudio atque fletu. At Daphnis patrem et matrem ante ceteros tenerrimo affectu complectebatur, et quasi iam pridem nosset, amplexabatur exireque amplexibus recusabat: tam cito sibi invenit natura fidem. Quin etiam Chloës obliviscebatur in breve tempus. Cum iam venisset ad villam, pretiosam accepit vestem, iuxtaque genuinum patrem collocatus eum ad hunc modum narrantem auscultavit.

XXIV. „Uxorem duxi, filii, admodum iuvenis; atque exi„guo interiecto temporis spatio pater, ut ego arbitrabar, fortu„natus eram. Primus enim partus filius erat, alter filia, tertius „Astylus. Ratus ergo hosce sufficere generi nostro prognatum „post omnes hunc puellum exponendum curavi; expositis his „una, non monumentis, verum potius funebribus ornamentis. At „aliter visum fuit fortunae. Natu enim maior filius et ipsa filia „eodem morbo uno die perierunt; at tu Deorum providentia „mihi servatus es, quo plura in senectute praesidia haberemus. „Cave mihi succensere ob hanc tui expositionem; volente enim „animo id haudquaquam a me consultum est. Neque est, „Astyle, quod doleas, quamquam pro asse semissem totius here„ditatis accepturus. Hominibus enim sapientibus nulla fratre „praestantior est possessio. Quin immo vos mutuo amate, et „quod ad opes attinet vel cum regibus contenditis. Magna enim „vobis latifundia relinquam, multos famulos industrios, aurum, „argentum et quaecunque alia divites possidere solent. Praeci„puum tantum Daphnidi hunc agrum do, nec non Lamonem at„que Myrtalem ipsasque, quas ipsemet pavit, capellas.“

XXV. Is dum loquebatur, Daphnis prosiliens, „Recte illa,“ inquit, „mihi in memoriam revocasti. Exeo capras ducturus ad

„potum, quae alicubi sitientes meam exspectant fistulam; ego „vero hic sedeo.“ Riserunt suaviter omnes, quod dominus factus etiamtum caprarius esse vellet. Et alius quidem mittebatur, qui illarum curam ageret; hi autem sacris Iovi servatori factis laeti agitaverunt convivium. Ad hoc solus non accessit Gnatho, qui timore perculsus, in Bacchi fano, tanquam supplex, diem atque noctem mansit. Cum autem fama ad omnium aures pervenisset, Dionysophanem suum invenisse filium atque Daphnim illum caprarium agrorum dominum factum fuisse, prima luce alii aliunde confluxerunt, adolescenti gratulantes, patri autem munera conferentes; inter quos primus Dryas, qui Chloën aluerat.

XXVI. Omnes autem detinuit Dionysophanes, ut post hanc laetitiam etiam festo interessent. Ingens autem erat vini apparatus, nec minor farinae; aves palustres, porcelli subrumi, mellea placenta varia; multae etiam victimae Diis patriis mactabantur. Tum Daphnis, omnibus pastoralibus, quae habebat, collectis, donaria Diis distribuit: Baccho quidem peram atque pellem consecravit, Pani vero fistulam et tibiam obliquam; pedum autem Nymphis, sicut etiam mulctralia, quae ipse fabricaverat. Ita autem id, cui assuevimus, nova et insolenti fortunae prosperitate gratius et acceptius esse solet, ut exciderent ei lacrimae ad haec singula, dum iis quasi valedicebat; nec ante mulctralia Diis obtulit, quam in illis mulxerat, neque pellem, quam eam induerat, neque fistulam, quam ea cecinerat. Quin singula quoque illa deosculatus et capellas alloeutus est hircosque compellavit nominatim. De fonte quoque bibit, quod saepius et cum Chloë indidem bibisset. Nondum tamen suum amorem confitebatur occasionem exspectans.

XXVII. Quo tempore autem Daphnis sacris faciendis vacabat, sic se habebant res Chloës. Sedebat plorans pascebatque oves, dicens, ut par erat: „Mei oblitus est Daphnis; scilicet „opulentas nuptias mente agitat. Cui bono enim ipsum ad ius„iurandum per capras, pro eo, quod per Nymphas illi ego de„deram, vicissim adegi? Illas, ut Chloën, deseruit. Ne tum „quidem, cum sacra Nymphis et Pani faceret, eum videndae „Chloës desiderium cepit. Forsan apud matrem nactus est an„cillas me praestantiores. Valeat; ego amplius non vivam.“

XXVIII. Talia dicentem, talia volutantem animo, Lampis armentarius una cum rusticorum manu advolans eam rapuit, quasi Daphnis eam iam non ducturus esset et Dryas nimis praeclare secum agi putaturus esset, si Lampis eam adhuc ducere vellet. Illa igitur auferebatur misere clamans. Ex iis autem quidam, qui hoc viderant, huius facti indicium facit Napae, illa Dryanti, Dryas Daphnidi; hic autem iam sui non compos neque patri dicere audebat, et tamen sic durare non poterat. Igitur horti ambitum ingressus lamentabatur dicens: „Quam „triste est mihi agnitum et repertum esse? Quanto eram feli„cior, cum pecus pascebam? Quanto eram beatior, cum servie„bam? Tunc videbam Chloën; nunc vero Lampis illa abrepta „abit, noctuque cum illa cubabit. Ast ego potui indulgeo, de„liciis diffluo et frustra Pana, capras atque Nymphas iuravi."

XXIX. Haec dicentem Daphnim Gnatho in horto delitescens audivit, horamque adesse ratus, qua propitium placatumque eum sibi reddere posset, assumtis nonnullis ex Astyli pueris, Dryantem persequitur hortatusque, ut se ducerent, ad Lampidis casam cursum intendit. Et eum assecutus eo ipso temporis puncto, quo Chloën introduceret, ipsam eripuit et agrestes homines verberibus mulctavit. Verum etiam studuisset vinctum Lampim haud secus quam ex bello aliquo captivum abducere, nisi is sua id fuga praevertisset. Re tam praeclare gesta inclinatoque in occasum die reversus, Dionysophanem invenit iam somno indulgentem, Daphnim vero vigiliis sese confícientem et adhuc circa hortum plorantem. Cui adducta iam traditaque Chloë omnia commemorat simulque obsecrat, ut obliviscatur iniuriarum seque non inutilem servum recipiat, neque mensa privet, qua interdicta illico moreretur fame. Daphnis autem ubi Chloën conspexit eamque in manibus tenere se sensit, cum isto, utpote de se tam bene merito, redibat in gratiam, Chloae vero de ipsius neglectu se excusare coepit.

XXX. Ceterum habito inter se consilio nuptias celandas censuerunt Chloënque clam habendam, soli tantum matri amore ipsorum indicato. Verum idem non placuit Dryanti; censuit potius rem patri exponendam, et in se recepit, fore ut ei id persuaderet. Ubi illuxit, habens in pera monumenta ad Diony-

sophanem Clearistamque in horto sedentes accedit. Aderat et Astylus et ipse Daphnis; silentioque facto, ita dicere exorsus est: „Me eadem, quae Lamonem, necessitas ea, quae ad hos „tempus occulta latuere, dicere iubet. Hanc ego Chloën neque „genui, neque primis alimentis sustentavi; verum alii genuere „iacentemque in antro Nympharum ovis sustentavit. Hoc ipse„met meis vidi oculis; vidi et admiratus sum et admiratus illam „educavi. Huiusce rei testimonium perhibet et fidem facit illud „formae insigne decus; nihil enim in illa inest, quod nos referat „aut repraesentet. Testantur etiam monumenta, quae splendi„diora sunt, quam pro pastoris sorte. Haec inspicite et inqui„rite, quinam sint cum hac puella propinquitate coniuncti, si „quando Daphnidis connubio digna videatur.“

XXXI. Haec verba ut non temere et sine proposito iniecit Dryas, ita neque Dionysophanes oscitanter audivit; sed oculos coniiciens in Daphnim et animadvertens illum pallescere et occulte lacrimas fundere, amorem continuo deprehendit. Atque de filio suo magis, quam de puella aliena, sollicitus, omni qua potuit diligentia Dryantis verba perpendebat et explorabat. Ubi vero etiam crepundia vidit allata, calceolos nempe auratos, periscelidas, mitram, ad se vocatam Chloën bono iubet esse animo, utpote iam virum habentem et propediem etiam patrem matremque habituram. Deinde illam assumtam Clearista, veluti iam tum sui filii uxorem, ornabat. Daphnim autem Dionysophanes, remotis arbitris, interrogavit, num etiamtum virgo esset. Illo vero sancte affirmante, nihil inter ipsos praeter oscula et mutuum iusiurandum intercessisse, hoc sacramento delectatus Dionysophanes filios iussit accumbere.

XXXII. Hic intelligi poterat, quale sit formae decus, quando ornatum adsciscit: vestibus enim ita induta Chloë caesarieque reticulo collecta nec non facie ablata, longe formosior apparuit omnibus, ut vix etiam Daphnis eam agnosceret. Iurasses, vel sine monumentorum fide, talis puellae neutiquam Dryantem esse patrem. Verum et ipse aderat et una cum Nape convivio excipiebatur seorsum in lecto Lamonem ac Myrtalen compotores habens. Rursus igitur sequentibus diebus hostiae immolabantur statuebanturque crateres: nec non res suas etiam Chloë

consecrabat, nempe fistulam, peram, rhenonem, mulctras; fontem etiam, qui in antro erat, vino temperavit, quod iuxta eum enutrita fuisset et saepius in eo se lavisset; etiam ovis sepulcrum a Dryante sibi commonstratum corollis decoravit. Ipsa quoque gregi suo fistula modulata est; et a Diis fistula sua canens precata est, ut, qui se exposuissent, digni Daphnidis nuptiis invenirentur.

XXXIII. Postquam vero eos satietas tenuit in agris festorum, in urbem tendere decreverunt, ibique Chloës indagare parentes neque ultra nuptiis moras nectere. Primo igitur diluculo vasis collectis alia tria millia Dryanti drachmarum dederunt, Lamoni vero dimidiam agrorum partem metendam et vindemiandam caprasque una cum caprariis et boum iuga quatuor, vestesque hibernas, eiusque uxorem libertate donarunt. Deinde Mytilenen versus equis et curribus ac magna pompa luxuque moverunt. Tum reversi latuerunt cives, quod nox erat; sed sequente die tam virorum quam mulierum turba ad fores confluxit: illi Dionysophani de filio reperto gratulabantur, idque eo magis Daphnidis formam conspicientes; hae autem pariter cum Clearista laetabantur, quae filium simul et sponsam advexisset; illarum enim mentem et oculos praestrinxerat Chloë eam pulchritudinem ostentans, quam nemo superare posset. Omnis enim civitas movebatur adolescente virgine et hasce nuptias beatas praedicabant. Exoptabant etiam, ut parentes tali huiusce puellae forma digni emergerent; multaeque ex opulentissimis feminis vota Diis faciebant, ut et ipsae matres tam pulchrae filiae crederentur.

XXXIV. Dionysophani autem post varias sollicitasque cogitationes in profundum somnum delapso talis somnii species oborta est. Putabat Nymphas petere a Cupidine, ut suo tandem nutu illis conficeret confirmaretque nuptias; hunc vero, arcu remisso et deposito iuxta pharetram, iubere Dionysophanem, Mytilenaeorum omnibus optimatibus ad convivium vocatis, ubi iam postremum implevisset crater, tunc exhibere unicuique monumenta: deinde vero hymenaeum canere. His visis atque auditis mane surgit, et cum iussisset mensas exquisitissimis exstrui epulis, terrestribus, maritimis, palustribus fluviatilibusque, omnes Mytilenaeorum magnates convivio excipit. Cum iam nox

erat impletusque crater, quo Mercurio libare moris est, tum famulus quidam argenteo in vasculo monumenta illa infert et dextrorsum circumferens omnibus monstrat.

XXXV. Inter ceteros autem nemo erat, qui agnosceret; verum Megacles quidam, ob senectutem in summo accubans, ut conspexit, statim agnovit et magna iuvenilique voce exclamavit: „Quaenam haec, quae video? Quid de te mihi factum est, o „filiola? Etiam tu vivis? An pastor aliquis forte fortuna in illa „incidens ea sola abstulit? Obsecro, Dionysophanes, mihi dic, „unde tibi filiae meae monumenta? Ne invideas, post Daphnim, „reperire etiam me aliquid.“ Cum autem iussisset Dionysophanes illum prius infantis expositionem enarrare, Megacles nihil de voci tenore remittens subiicit: „Priori tempore res angusta „mihi domi erat; quidquid enim habebam, in ludos publicos tri„remesque publicas consumseram. Dum in hoc statu erant res „meae, nascitur mihi filia, quam in hac egestate educare gra„vatus hisce ipsis crepundiis ornatam exposui, non ignarus mul„tos etiam dare operam eo modo, ut patres fiant. Et ista qui„dem in antro Nympharum exposita fuit, Dearum fidei com„missa; at mihi heredem non habenti quotidie divitiae in aedes „influebant. Neque postea tam bene mecum actum est, ut vel „filiam susciperem; verum Dii veluti risum de me facientes no„ctu mihi somnia immittunt, significantes, me ovem facturam „esse patrem.“

XXXVI. Hic Dionysophanes clamorem sustulit maiorem, quam Megacles, et e sede prosiliens Chloen admodum eleganter exornatam inducit et: „Istam“, inquit, „ipsam filiam exposuisti; „istam tibi virginem ovis Deorum providentia alendam suscepit, „ut meum mihi Daphnim capra. Accipe monumenta haec ipsam„que filiam; receptam autem Daphnidi da sponsam. Ambos ex„posuimus, ambos reperimus: amborum Pani, Nymphis, Cupidini „cura fuit.“ Megacles dicta laudabat mandabatque arcessendam uxorem Rhoden Chloënque in sinu habebat. Ibidemque manentes somnum ceperunt; Daphnis enim se nemini, ne ipsi quidem parenti, Chloën esse concessurum dicebat.

XXXVII. Exorto iam die, rus redire inter illos convenit; Daphnis enim et Chloë, quos urbanae taedebat vitae, preci-

bus id obtinuerant: illis quoque visum est pastorales quasdam iis facere nuptias. Quum venissent ad Lamonem, Megacli adduxerunt Dryantem et Rhodae Napen commendaverunt. Tum omnia ad festi celebrationem splendide apparabantur. Chloën apud Nymphas tradidit pater et monumenta multis aliis superadditis ut essent donaria, consecravit et Dryanti reliqua drachmarum ad decem usque millia supplevit.

XXXVIII. Ceterum Dionysophanes, cum coelum esset serenum, ibidem anto antrum toros e fronde viridi sternendos curavit paganosque omnes discumbere iussos magnifico excepit convivio. Aderant autem Lamon et Myrtale, Dryas atque Nape, Dorconis cognati, Philetas, Philetae liberi, Chromis et Lycaenium: ne Lampis quidem, venia impetrata, aberat. Cuncta igitur tum, utpote inter huiuscemodi compotatores, agrestia rusticaque. Alius canebat qualia messores solent; alter cavillabatur, cuiusmodi cavilla, dum uvas praelis premunt, iaculari consueverunt; Philetas fistula, tibia canebat Lampis; Dryas et Lamon saltabant; Chloë et Daphnis mutua sibi dabant oscula. Probe etiam pascebant capellae, veluti in huius festi partem atque communionem venientes. Non aeque gratum id oppidanis erat; Daphnis autem quasdam ex iis nominatim vocavit, quibus virentes frondes porrexit prehensisque cornibus eis oscula fixit.

XXXIX. Neque ista isto tantum die; sed quamdiu vixerunt, pastoralem degerunt vitam Deos colentes, Nymphas, Pana et Amorem, plurimos ovium caprarumque greges adepti, nullum tandem cibum sibi dulciorem, quam lac et poma, arbitrati. Quin etiam masculum filiolum caprae subdiderunt, et filiam altero partu editam ovis mammas sugere voluerunt et nomen imposuerunt alteri Philopoemenis, alteri Ageles. Sic cum iis etiam ista consenuerunt. Hi etiam antrum exornarunt, simulacra consecrarunt, aram Cupidini Pastori statuerunt Panique delubrum pro pinu habitandum dederunt, Pana Militem appellantes.

XL. Sed haec quidem posterioribus temporibus et nominarunt et fecerunt: tum vero nocte cuncti eos deduxerunt solemniter in thalamum, pars fistulam, pars tibiam inflantes, alii faces ingentes tollentes; cumque prope ad fores accessissent,

dura asperaque canebant voce, veluti tridentibus terram discindentes, neque vero hymenaeum canentes. Ceterum Daphnis et Chloë nudi concumbentes se invicem amplexabantur atque osculabantur, non magis dormientes illa nocte, quam vel noctuae solent; et patravit Daphnis quae se docuerat magistra Lycaenium. Atque tunc primum Chloë didicit ea, quae in silva acta fuerant, pastoralem ludum iocumque fuisse.

FINIS.

ADNOTATIONES
IN
LONGI PASTORALIA.

PROOEMIUM.

CAP. I.

ΛΟΓΓΟΥ ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΔΑΦΝΙΝ ΚΑΙ ΧΛΟΗΝ ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.] Sic **B.** *Λόγου ποιμενικῶν περὶ Δάφνιν καὶ Χλόην. Ἐν Λέσβῳ θηρῶν κ. τ. ἑ.* **A.** *Λόγγου Σοφιστοῦ ποιμενικῶν τ. κ. Δ. κ. Χ. λόγοι τέτταρες* vulg. Vid. *Villois. Prolegg.* p. III. sq. et *Iacobs.*

Προοίμιον vulgo; quod quum in nullo compareat libro, eieci.

ποιμενικῶν] Huetius: „Proclus in Hesiod. Oper. l. II. v. 588. laudat Eratosthenis *ποιμενικά*.“ Idem Huet. e Scaligeran. p. 189 Iamblichi *Βαβυλωνικὰ* habuisse Iungermanum observat; de qua fabella Milesia, quae et in Scorialensi bibliotheca visa est, adi post Photium in Bibl. n. XCIV. p. 237 et sqq. *Le Beau* iunior. in Actis Acad. Reg. Inscr. t. XXXIV, p. 57 et sqq. Perdita autem Agathiae scholastici Daphniaca [cf. Vitam Agathiae p. XIV. ed. Niebuhr.] in codice 607 bibliothecae D. Marci Venet. servari, p. 314 catalog. codd. Graec. videbis; sed cum horumce Agathiae Daphniacorum initium in hoc eodem ibid. catalogo appositum sit (scil. *Σιδὼν ἐπὶ θαλάττῃ πόλις, Ἀσσυρίων ἡ θάλασσα, μήτηρ Φοινίκων ἡ πόλις*) hic non Agathiae Daphniacorum, sed Amorum Clitophontis et Leucippes ab Achille Tatio conscriptorum initium facile agnosces. Vill. p. 3.

εἰκόνος γραφήν] Sic edd. et **B.** *εἰκόνα γραφὴν* **A.** Flor. et Ursini codd. marg. Paris. III. —— Revocavi antiquam lectionem, quam male mutaverat Vill., sophisticam tollens orationis concinnitatem: quae item peri**t**, si cum Brunck. ad Eurip. Hipp. v. 1016. corrigas *εἰκόνα γραπτήν*. [postea probatum etiam a Vill. Anecdd. t. II. p. 66. not. 3. et a Courer., qui confert Inscript.: *ἀναθεῖναι εἰκόνα γραπτὴν Διοδώρου* et psephisma Cyrenaeorum *εἰκόνα γρα-*

πτὰν ἐν ὄπλῳ ἐγχρύσῳ *); et a Porsono Advers. p. 220. p. 193. ed. Lips.] Ceterum εἰκόνος γραφὴ i. e. q. εἰκὼν γραφῇ εἰκασμένη Herodoti l. II. c. 182. Schaef. p. 327. Plutarch. Alex. c. 21. f. — — ἀψύχους εἰκόνας ἀγαλμάτων παρέπεμπεν. [Plura affert *Wyttenbach.* Ind. ad Plutarch. s. v. ἄγαλμα.] Pausan. VIII, 47, 2. Ἀθηνᾶς — εἰκὼν γραφῇ μεμιμημένη. Xenoph. Oecon. X, 1. Ζεῦξις καλὴν εἰκάσας γραφῇ γυναῖκα. Aelian. H. A. VII, 38. γραφῇ εἰκασται ἐν τῇ Ποικίλῃ. Ioann. Barbuc. l. εἰκόνι γράψας. Pauli Ep. ad Rom. c. I, v. 23. ὁμοίωμα εἰκόνος. Schaef. Mscr. Wassenberg. dissert. de Nom. pr. §. 19. p. 23. Ἐχίονος γραφήν, eruditius quam vero similius. Lectio vulg. mihi placet magis ob antithesin membrorum εἰκόνος γραφήν, ἱστορίαν ἔρωτος. Sic agnosco magis Sophistae delicias. Boiss. Assentiuntur Schaefero etiam Geel. in Bibl. Crit. Nov. t. V. p. II. p. 244 sq. et Iacobs. Vers. Germ.

τέχνην ἑ. περιττὴν καὶ τύχην ἐρωτικήν] Ita primus Vill. edidit ex coniectura Fr. Heusinger. p. 10. Specim. Obss. in Aiac. et Electr. Sophocl. Libri: τύχην ἔχ. π. κ. τέχνην ἐρ. —— Heus. recte monet satis notum esse τύχην *casum*, *eventum* et. i. q. Gallicam vocem *avanture* significare; ut in Aiac. Sophocl. v. 1046. [1007 H.] et. v. 295. [288 H.] καὶ τὰς ἐκεῖ μὲν οὐκ ἔχω λέγειν (cod. Ienens. recte φράζειν) τύχας: ubi tamen quaedam Henr. Steph. exemplaria ut et Aldin. et quatuor Bodleiani et Ienensis codd. melius legunt πάθας; cuius hic glossa τύχας; [cf. *Herm.* l. l.] de quo v. *Toup.* Anim. in Suid. t. III. p. 2. Cf. et Eurip. Orest. v. 16. — τὰς γὰρ ἐν μέσῳ σιγῶ τύχας; de quo lege *Wyttenb.* Ep. Crit. p. 37 et 38. Igitur τύχη ἐρωτικὴ hic idem fer

*) Similia confert Boiss. h. l. ad refutandam Brunckii opinionem, qui in nota Gallica vocem γραπτὴ non frequenter inveniri contendit: „Zenodot. Epigr. γραπτὰν σελίδα. Daretus Aeolicus apud Caylacium Antiq. Aegyptt. t. II. p. 56. εἰκόνα γραπτάν. Inscript. Gruteriana p. 327. γραπτῇ εἰκόνι. Plut. Apophth. p. 210. D. ἐμοῦ μηδεμίαν εἰκὼν ἔστω μηδὲ γραπτή, μηδὲ πλαστή, μηδὲ κατασκευαστή: ubi quid sit εἰκὼν κατασκευαστὴ Cuperus explicat Obss. l. II. c. 19. Artemid. III, 31. ἡ δὲ (εἰκὼν) ἐξ ὕλης στερεᾶς καὶ ἀσήπτου γεγενημένη ἀμείνων ἐστὶ τῶν γραπτῶν. Suid. ad verba: Μήτε πλαστὰν μήτε μιμηλὰν notat: ἀντὶ τοῦ μήτε πλαστὴν εἰκόνα μήτε γραπτήν. Schol. Gregor. Naz. Stelit. I. p. 44. ed. Montac. ἐν ἀνδριάσι καὶ εἰκόσι γραπταῖς."

quod in Charitone p. 1. l. 2. *πάθος ἐρωτικόν*. Cf. Long. infra l. IV. c. 18. p. 116. V. Aristot. de morib. l. VI. c. 4. hunc Agathonis versum nobis servavit, in quo ut, saepe alibi et hic apud Longum sic et *τέχνη* et *τύχη* coniunguntur: *τέχνη τύχην ἔστιρξε καὶ τύχη τέχνην*. Vill. p. 5.

καὶ τῶν ξένων] *καὶ* recepi cum Cour. ex A.

κοσμοῦσαι,] Servavi cum Schaef. et Cour. signum, quod male deleverunt Iungerm. et Vill.

ποίμνια τρέφοντα] *pecudes quae alerent*. Rarior significatio huius nominis. Longus infra p. 11, l. 8. [Schaef.] *ἐς ποίμνιον ἄγουσα τῆς σωτηρίας τὴν αἰτίαν*. et mox: *σκιρτήματα ποιμνίων ἀρτιγεννήτων*. p. 12, l. 8. *τῶν ποιμνίων ἠμέλησεν*. p. 12, l. 14. ex nostra correctione *τὰ ποίμνια καὶ τὰς αἶγας*. Adde p. 142, l. 7. *δηλοῦντας ὅτι με πατέρα ποιήσει ποίμνιον*. pro quo paulo post: *ταύτην σοι παρθένον οἷς προνοίᾳ θεῶν ἐξεθρεψεν*. [Sic p. 59, l. 6. p. 62, l. 7. p. 66, l. 16. p. 82, l. 19. et in iis, quae Cour. prim. edidit l. I. cap. 16. fin. Herodot. l. III. c. 65. *καὶ γυναῖκές τε καὶ ποίμνια τίκτουσιν*. cf. l. VI. c. 39. *οὔτε γυναῖκες καὶ ποίμνια ἔτικτον*. Fortasse etiam Geopon. p. 20. *ποίμνια σκεπῶντα*.] Sic *ποίμνη* nonnunquam dicitur. Vid. *Musgrav.* ad Eurip. Electr. v. 723. Quo sensu *ποίμνην* et Aelian. usurpavit de N. A. V, 50. nisi fallit coniectura Abresch. Animadv. ad Aeschyl. l. III. p. 2. [Cf. Aelian. H. A. l. XVI. c. 22.] Similiter *αἰπόλιον*. Hesych.: *Αἰπολίου. αἰγιδίου.* qui locus non tentandus. Atque ita intelligam Synes. Epist. CXLVIII. p. 285. D. *μηκάζον αἰπόλιον*. Cf. Abresch. in *Reitzii* Belg. Graec. p. 690. Schaef. p. 327. sq.

ἀναιρούμενοι] Male Iung. *pastores interfecti*. Recte observat Moll. unum tantum bubulcum, Dorconem a praedonibus interiisse, itaque vertendum *pastores tollentes* scil. pueros expositos cf. l. I. c. 6. Heliod. l. II. p. 115. c. 31. *ταύτην — ἐν σπαργάνοις ἐξέθετο, — ἐγὼ δὲ ἀνειλόμην*. l. IV. p. 175. c. 8. *ὡς οὐδὲν ἀδικοῦσα — σὲ γενομένην ἐξεθέμην —. ἀλλ' — ἀπολογοῦμαι πρός τε σὲ, θύγατερ, — πρός τε τὸν ἀναιρησόμενον*. Vill. p. 6.

συντιθέμενοι] Iuvenes scil. Daphnis et Chloë *mutuam sibi fidem obstringentes*. Sic apud Musaeum v. 221. *ὣς οἱ μὲν κρυφίοισι γάμοις συνέθεντο μιγῆναι*, quod et ipsi fecerunt Daph. et Chloë sub fin. II. libr. c. 38 et 39. Sic *συντίθεσθαι* l. II. c. 38. *συνέθεντο* i. e. *ils convinrent* l. IV, c. 19. c. 37. Vill. p. 6. sq. Assentitur Vill. Heinrichius ad Mus. p. 125. Aliter iudicavit Brun-

ckius: „Cette expression n'est pas claire, et l'auteur pourroit bien avoir pensé autre chose que ce que la version lui fait dire. La phrase n'est point éclaircie par les exemples rapportés dans la note (Vill.); il falloit en produire où le verbe *συντίθεσθαι* fût employé sans régime et sans complément. Je reviendrai peut être sur ce passage." In errorem induxit Brunckium nimia in Villois. ira et indignatio, quum non videret, prooemium hoc non accuratam imaginis illius continere descriptionem, sed levem adumbrationem, quum satis ex historia ipsa possint cognosci, quae imago repraesentet. Quare etiam hoc verbum sic absolute positum, ut in antecedentibus *κοσμοῦσι* quid significet, neminem latebit, qui libellum nostrum perlegerit; quod bene mihi assequuti esse videntur Vill. et Passow., quorum posterior vertit *jugendliche Liebesgelübde*; minus recte Cour. *jeunes gens unis par amour.*

λῃστῶν] Recte Valck. ad Amm. l. III. c. 8. p. 194. observat, vett. et cultiores Graecos scriptores *piratas* (quam vocem Latini post Varronem frequentarunt) generaliori nomine *λῃστὰς* appellare solere vel etiam *τοὺς ἐν θυλάττῃ κακουργοῦντας*, et neminem forsan haberi, qui *πειρατὴν* eo sensu adhibuerit antiquiorem Graecō Iobi interprete c. 25, v. 3. apud Achillem autem Tatium et Xenophontem Ephes. aliosque recentiores usu longe frequentissimo esse hanc vocem. Notandum igitur nostrum, utpote antiquiorem seu puriorem et elegantiorem nusquam *πειρατὰς* sed *λῃστὰς* dixisse. Vill. p. 7.

CAP. II.

πόθος ἀντιγράψαι] Contulit haec Schaef. ad Plutarch. t. IV. p. 308 cum his Plutarchi Num. c. 20: *πόθος εἰσῆλθε πάντας εὐνομίας καὶ εἰρήνης καὶ γῆν φυτεύειν καὶ τέκνα τρέφειν* etc. Similiter articul. omittitur ad Infin. a voce *ἐπιθυμία* pendentem. V. *Sturz.* Lexic. Xenoph. t. I. p. 283. b. De aliis v. *Schaef.* ad Demosth. t, I. p. 701. t. IV. p. 470. De articulo post vv. *αἰτία* et *αἴτιος* omisso cf. *Sintenis* ad Plut. Themist. p. 140. unde Aeschin. c. Ctes. §. 61. Bekk. *αἴτιον δὲ γεγονότα τῷ δήμῳ τοῦ μὴ μετὰ κοινοῦ συνεδρίου τῶν Ἑλλήνων ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην* non contemnenda est trium codd. lectio articulum *τοῦ* omittentium. De art. post v. *κύριος* deficiente v. *Dobraei* Advers. t. I. p. 427.

ἐξηγητὴν] De hac voce vid. *Hemsth.* ad Luc. Dial. Mort. XX. t. I. p. 412. ubi et hunc Longi locum producit. V. et *Carpzov.* ad

Achill. Tat. l. V. p. 408. Bod. Vill. p. 7. Adde *Ruhnk.* ad Tim. p. 109 sqq. *Lobeck.* Aglaoph. t. I. p. 30.

κτῆμα] Thuc. l. I. c. 22. de sua historia: *κτῆμά τε ἐς ἀεὶ — ξύγκειται*, quod respexisse videtur sophista. Boiss. Cf. adnot. VV. DD. ad Dion. Hal. de Thucyd. iudic. c. 7. fin. p. 76. ed. Krüg. et schol. ad l. Thuc. V. etiam Dion. Hal. *περὶ τ. λεκτ. Δημ. δειν.* c. 10.

λυπούμενον παραμυθήσεται] Antiphon *τέχνην ἀλυπίας συνεστήσατο*, comparataque sibi Corinthi domo *προέγραψεν ὅτι δύναται τοὺς λυπουμένους διὰ λόγων θεραπεύειν.* Plutarch. vit. X. Rhet. p. 833. C. Philostr. V. S. p. 499. vs. 1. *Reines.* V. L. III. p. 447. Hemsterhus. ap. Geel. Bibl. Cr. t. V. p. II. p. 255.

προπαιδεύσει] Vill. primus e Parr. I et II. restituit. Vulgo *παιδεύσει.*

πάντως] Par. III: *πάντων*, mrg.: *πάντως.* — Hunc locum videtur esse imitatus Theod. Prodromus p. 89. Cf. etiam Alexis apud Arsen. Viol. p. 101. et apud Stob. T. 63. 13.

μέχρι] Sic Par. III. Vulg. *μέχρις.* Longum optimos imitatum scriptores Atticos etiam in talibus eos esse sequutum, veri est simillimum; cf. Schaef. App. Dem. t. III. p. 353. — Ceterum sententiam eandem expressit Nicet. Eugen. l. IV. v. 389 sqq. ubi v. *Boiss.* t. II. p. 242.

LIBER I.

CAPUT I.

τῆς *Λέσβου*] Artic. adscivit Cour. ex **AB**.

Μιτιλήνη] Non dubitavi rectiorem hanc huius vocis scripturam etiam invitis codd. in verbis ponere. Iam *Tournefort.* (Voyages du Levant, tom. I. p. 349 et sqq.) hanc scripturam probavisse ut etiam *Pellerinum* (Recueil de médailles t. III. p. 84. cll. tabul. 103 et 132 Append.) annotat h. l. Villois. Eodem modo excudi iusserunt hoc nomen Bekker. in *Demosth.* cf. Schaef. Appar. t. I. p. 693. et L. Dindorf. in Thucydide et in Diodoro. Cf. Herodot. I, 160. ib. adnotat. crit. *Gaisfordii.* V. Steph. Byzant. s. h. v. *Iacobs.* ad Aelian. H. A. t. II. p. 500. *G. Dindorf.* ad Athen. l. III. p. 86. e.

μεγάλη καὶ καλὴ] Citat Jungerm. orat. Epist. l. 9. Ciceron. c. Rullum (II. c. 16.) et Muret. Var. Lect. l. IX. c. 16.

διείληπται – εὐρίποις] Parr. I. II. et ed. Iunt. (errore typoth.) *εὐρίπους.* — Pausan. Arcad. p. 662. Kuhn. *διαιροῦντος δὲ τὴν Μεγάλην πόλιν τοῦ Ἑλίσσοντος, κατὰ δὴ καὶ Κνίδον καὶ Μιτυλήνην δίχα οἱ εὔριποι νέμουσι.* Vill. p. 306. — Ioseph. B. I. *πύργοις διείληπτο* de regia Hierosolymitana. Dio Cass. XL. 3. *τὸν πόρον αὐτοῦ* (*τοῦ Ταμέσου*) *σταυροῖς, τοῖς μὲν ἐμφανέσι, τοῖς δὲ καὶ ὑφύδροις διαλαβόντες.* Liban. t. 1. p. 284. *ὅσαι* (*ὁδοὶ*) *πηγαῖς σκιεραῖς καὶ τόποις ἀναπαυτηρίοις ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος διειλημμέναι.* Democrit. Athenaei XII, 29, p. 525. C. loco nondum sanato vel explicato *αἱ δὲ κεφαλαὶ κατ' ἴσα διειλημμέναι ζώοις.* Phryn. Appar. Sophist. [apud Bekk. Anecdd. p. 36, 3.] *Διαλαβεῖν δύο σημαίνει, τὸ ἑκατέρωθέν τινος λαβέσθαι καὶ τὸ εἰς δύο ἢ πλέον* [*πλέονα* Bekk.] *διαχωρῆσαι* (l. *διαχωρίσαι* [ita Bekk. edid.]) *ἢ διελεῖν. Ηρόδοτος τὰ β̄*: [*δύο* Bekk.] *τὸ μὲν πρῶτον ἐκάλεσεν αὐτοῦ τοὺς ἄλλους παῖδας διαλαβεῖν· τὸ δεύτερον* [Bekk. *τὸ δὲ δ.* v. Vv. Ll.]

διώρυχας διέλαβεν ὁ Κῦρος, ἀντὶ τοῦ, ἀπέτεμεν [Bekk. – με] καὶ διεῖλεν. Boiss. Luc. Patr. Encom. c. 10. λειμῶνες φυτοῖς παντοδαποῖς διειλημμένοι. Diod. S. l. XVII. c. 68. t. II. p. 213. W. χώραν περάσας χαράδραις βαθείαις καὶ πολλαῖς φάραγξι διειλημμένην.

ὑπεισρεούσης τ. θ.] Flor.: ὑπεισρεούσαις τῇ θαλάττῃ.

νομίσεις] Sic Vill. ex Parr., quibuscum consentit B. νομίσαις mrg. Par. III. A. Flor. Rom.

νῆσον] Cour. V. Gr. p. 195. coni. νήσους. Non male.

ἀπ' αὐτῶν] Γραπτέον· νέμων δὲ τράγους, τῶν τούτου βοῶν ἀμείνους ἀποδείξω· ὄζω δὲ οὐδὲν ἀπ' αὐτῶν· ἢ οὕτως· νέμω δὲ τράγους, ὥστ' αὐτοὺς βοῶν μείζους ἀποδείξαι· ὅ. δ. υ. ἀ. α. Cour. [. . . . . ξω. ἐγέγραπτο δή, παρέξω ἢ ἀποδείξω, πότερον δὲ, οὐδὲν διαφέρει τὸ κατὰ τὴν διάνοιαν. Ἡμῖν γέ μέντοι ἀκριβέστερον ἀνασκοπουμένοις τὰ χειρόγραφα (τρὶς γὰρ ἀπεγράψαμεν τὸ χωρίον), οὐ πλέον λείπειν δοκεῖ ἢ τέτταρα στοιχεῖα. προσδεκτέον γοῦν μᾶλλον ἐκεῖνο παρέξω Cour. Add. p. 190. [ὡς τούτους· περὶ τούτου τοῦ χωρίου, πῶς μὲν ἐγράφη ποτ' ἐν τῷ Α, πᾶσι δῆλον, πῶς δ' ἂν εἴη νῦν διορθωτέον οὐδέπω ἔχομεν τὸ ἀσφαλὲς εἰπεῖν, μόνον δὲ μηνύσομεν ἄλλο τι οὐκ ἄτοπον ὡς ἔοικεν ἐπινόημα. Μὴ γραπτέον γοῦν οὕτως; νέμω δὲ τράγους, ὥσπερ ὁ Βράγχος, ἐκείνους (ὧδε βίβλ. δ'. κεφ. ιζ') καὶ τούτους βοῶν ἀμείνους παρέξω, ὄζω δὲ οὐδ'. ἀπ' αὐτ.] Cour. Add. p. 192. Geel. B. Crit. N. t. V. p. II. p. 250. primam harum coniecturarum praefert; quam etiam exhibent edd. Boiss. coniec.: νέμω δὲ τράγους καὶ τούτου βοῶν ἀμείνους· ὄζω δὲ δεινὸν οὐδὲν ἀπ' αὐτῶν, ὅτι μηδὲ . . vel: νέμω δὲ τράγους, τῶν τούτου β. μείζονας, καὶ ὄζω δεινὸν οὐδὲν ἀ. τ. ἐ.

ὅτι μηδὲ ὁ Πᾶν] Pass. et Eichst. volucrunt ὅ, τι μηδὲ ὁ Π. quod iure reiecerunt Sinner. et Geel.

ἄρτος ὀβελίας] Haec verba quomodo sint intelligenda, te docebit *Boeckh.* Oecon. Athen. t. I. p. 106 sq. Adde Phot. Lex. p. 313. 20. Fors.

οἶνος λευκὸς] Kreyssigius quum illas vinum fuscum et sub-

nigri coloris commemorari vidisset l. I. p. 26. IV. p. 116. Ach. Tat. l. II. c. 2. h. l. vocem λευκὸς pro suspecta habuit et οἶνος καὶ γλεῦκος a manu scriptoris profectum esse autumavit. Cll. Longo l. II. p. 62. et p. 67. Quae coniectura bene quidem excogitata vulgatae tamen posthabenda est. Nam λευκὸς οἶνος teste Athenaeo l. I. p. 26. C. erat ἀσθενὴς καὶ λεπτὸς et propterea haud dubie εὐτελής; quapropter etiam a pastoribus frequentius bibebatur quam ille. Nec apud nostrum ullo in loco ille ἀνθοσμίας victui quotidiano pastorum adnumeratur. Loco illi ex Athenaeo allato adde Geopon. p. 314 sq. Nicl. ὡς ἐπὶ πολὺ δὲ ἡ μέλαινα σταφυλὴ τοιαύτη ἐστὶ χρηστὸν καὶ πολὺν καὶ βέβαιον ποιοῦσα τὸν οἶνον, ἐναντίως ἔχουσα τοῖς λευκαῖς, τουτέστι τὴν φύσιν δυστροφωτέρας. p. 467 sq. Αἱ μέλαιναι σταφυλαὶ δυνατώτερον τὸν οἶνον ἔχουσιν, αἱ λευκαὶ μέσον, αἱ δὲ πυρρίαι τῶν μελαινῶν ἀλίγον ἡδίω. ad quos locos cf. *Nicias.*

ἀγροίκων πλουσίων] Sic cod. Coraerii inane tentamen: ἀγρ. οὐ μὲν δὴ πλουσίων in Suppl. legitur, unde in edd. transiit. Bene Chardonius: Ces mots ἀγρόϊκοι πλούσιοι indiquent *des paysans qui jouissent d'une certaine aisance.* ἐδέσματα quod pro κτήματα excogitavit Cour. vix dignum est quod commemoretur.

μέλας] Cour. correctio. epd. μέγας.

ὁ ὑάκινθος] Eiecit auctor. cod. cum Eichstaedt. quam Cour. intruserat ante h. verba particulam καί. — Praeterea suspicatur Cour.: ἀλλὰ κρείττων γε ὁ Διόνυσος Σατύρων, ὁ ὑάκινθος κρίκων.

φιλεῖς] Revocavi praesens, quod etiam Charden. et Sinner. praeferunt, e cod., Cour. sine ulla necessitate φιλήσεις.

ἀλλὰ καὶ] Vix sana sunt. Exspectes ἀλλ' ὅμως. Fortasse scripsit Longus ἀλλὰ καὶ ὡς εἶ καλή, aut: ἔτι καὶ σὲ καλλιον ἔθρεψεν, ἀλλὰ εἶ καλή, quam posteriorem coniecturam mecum communicavit Vir Summus *Godofredus Hermannus.*

CAP. XVII.

τὰ δὲ πάλαι] Sic cod. non τὰ δὲ καὶ πάλαι.

τὴν παρδίαν παλλομένην κατεῖχε] Sic cod. Coraerius probantibus Eichstaedt. et Geel. οὐ κατεῖχε. Charden. et Boiss. tuentur cod. lectionem, quorum prior: Le sens littéral est: *il porte la main sur son coeur pour en arrêter les palpitations.*

ἐρυθήματι ἐπίμπλατο] ἐρυθ. εὐθὺς ἐπιμπλ. supplem. ex Cour. coniectura.

ἐθαύμασε] Sic Cour. Cod.: ἐθρασυσε.

μεγάλου] Sic Cour. Cod.: μεγάλη – μεγ. τε καὶ διανυγεῖς supplem. ex Cour. coniectura, quae in edd. transiit. Sequentia verba καθάπερ βοός, quae pro glossemate habet Cour., bene defendit Chardon. eo, ut dicat, iis alludi ad Homericum illud βοῶπις.

λευκότερον] Cod.: λευκώτερον, quod Cour. correxit.

καὶ τοῦ τῶν αἰγῶν] Cod.: καὶ.

τῶν δὲ πρότερον χρόνων] Sic cod. – Cour. coniectura: τὸν δὲ πρότ. χρόνον, quam Boiss. etiam amplectitur, ex supplem. in edd. transiit. Pluralis χρόνοι de paucorum annorum spatio usurpatus non offendit. Cf. Dionys. Halic. Archaeol. p. 2243, 9. παρθένος γαμηθεῖσα νέῳ ἀνδρὶ καὶ οὐ μετὰ πολλοὺς τοῦ γάμου τεκοῦσα χρόνους.

οὐτε — καὶ] Cf. l. IV. c. 28. ὡς οὔτε Λάφριδος ἔτι γαμήσοντος καὶ Δρύαντος ἐκεῖνον ἀγαπήσοντος. Paulo infra eod. cap.: ὁ δὲ ἔξω τῶν φρενῶν γενόμενος οὔτε εἰπεῖν πρὸς τὸν πατέρα ἐτόλμα, καὶ καρτερεῖν μὴ δυνάμενος εἰς τὸν περίκηπον εἰσελθὼν ὠδύρετο. Cf. *Ellendt.* ad Arr. t. II. p. 29. *C. Iacobitz.* ad Luc. Toxar. c. 25, p. 50. Locis ab iis allatis adde: Inscr. Boeot. ap. Boeckh. p. 741. καὶ οὖν ὀφείλεται αὖτυ ἔτι οὐδὲν πὰρ τὰν πόλιν — καὶ ἀποδεδόανθι τᾷ πόλι τὺ ἔχοντες τὰς ὁμολογίας. Lucian. Iup. Trag. c. 5. ἀλλ' οὔτε ἀγνοηθήσεται (sic enim ex optimis libris scribendum; cf. *Schaef.* Appar. Demosth. t. II. p. 324.) ταῦτα ὦ Ζεῦ — καὶ σὺ δόξεις τυραννικὸς εἶναι. Dial. Meretr. II. c. 4. οὔτε πάντα ἡ Λεσβία πρὸς σὲ ἐψεύσατο, καὶ σὺ τἀληθὲς ἀπήγγελκας Μυρτίῳ. Aelian. H. An. l. XI. c. 9. ἐὰν δὲ μὴ αἰτήσῃ, οὔτε αἴρεῖ, καὶ δίδωσι δίκας, ἃς ἄλλοι λέγουσιν. ubi Iacobs. hunc ex eod. scriptore adducit locum l. I. c. 57. οὔτε αὐτοὶ ἐπαΐουσι τῶν θρημμάτων, καὶ τοὺς τῷ τοιούτῳ κακῷ περιπεσόντας ἰῶνται ὀξέως. Philostr. Imagg. l. I. c. 18. p. 30, 21. *Iac.* οὔτε ὁρῶσι γοῦν τὰ δρώμενα καὶ ὅπόσα ἱκετεύει ὁ Πενθεύς, λέοντος ἀκούειν φασὶ βρυχωμένου. Idem l. II. c. 17. p. 81, 5. εἰ φάγοι πιθήκιον, ἀπεχθάνεται τῷ οἴκῳ πᾶσαν ἡλικίαν, καὶ οὔτ' ἂν πίοι, καὶ φοβεῖται τοὺς μαθόντας. Alciphro Ep. *B* apud Wagn. t. II. pag. 218. οὔτε γὰρ πάντας οἷός τε εἰμὶ τρέφειν — καὶ ἅμα τοῖς φίλοις κοι-

νωνεῖν τοὺς ἐν περιουσίαις ὄντας, ἀγροικικῇ πρέπον ἐπιεικείᾳ. Heliodor. Aeth. l. VIII. c. 5. fin. p. 319. Cor. *ἔνεστι δέ σοι — μήτε ἀνιᾶσθαι ὁρῶσαν — καὶ — πάλιν ἐξελέσθαι τὸν ἀκέντρωτον ἐποστραμμένον.* Eumath. p. 178. Teuch. *ὁ ὄνειρος οὔτε μὲ ἀφῆκεν ἀναισθητεῖν. καὶ τὴν τῆς Παλλάδος γλῶτταν εἰς Τυρσηνικὴν μετεχάλκευσε σάλπιγγα.* Geopon. p. 345. Nicl. *ἐάν τις ἔψωμένης κράμβης οἴνου - ἐπιψεκάσῃ, οὔτε ἕψεται, καὶ ἡ χροιὰ διαφθαρήσεται.* p. 881. f. *ἄν τις ἑψομένῃ τῇ κράμβῃ ἐπιψεκάσῃ - οἴνου, οὔτε ἕψεῖται λοιπόν, καὶ ἡ χροιὰ αὐτῆς διαφθαρήσεται.* p. 862. f. *τῷ τῆς - μαλάχης χυλῷ εἴ τις χρίσαιτο, οὔτε ὑπὸ σφηκῶν πληγήσεται, καὶ τὸν φθάσαντα δὲ πληγῆναι ὁ χυλὸς ἰᾶται.* p. 1086. *οὔτε γὰρ οὔτε ἀθυμήσουσι, καὶ τροφὰς ἕξουσι.* Omnibus his in locis secundum enunciati membrum particula *καὶ* cum priori iunctum affirmative expressum est; sed negative apud Dion. Hal. Arch. p. 1884, 8. *ἵνα μήτε γῆ χέρσος ᾖ μηδεμία καὶ ὁ τὴν πόλιν οἰκουρῶν πένης μὴ ἀργός.* Ceterum hoc animadvertendum est, *οὔτε - καὶ* a posterioribus demum linguae Graecae scriptoribus frequentari, quum *οὔτε - τε* contra apud cuiusvis aetatis scriptores saepius reperiri constet. Praeter locum enim Eurip. Iph. v. 576. Seidl. nullum *οὔτε - καὶ* exemplum ex aurea Graecae linguae aetate enotatum reperi. Quod enim Franckius in praestantissimo de particulis negantibus L. Graec. libello affert exemplum Hom. Od. *γ.* 349. id vereor ut huc possit referri.

ποτόν] Sic recte cod. et Cour. *πότον* male edd. nonnullae.

[*ἄν*]] Delevissem, si non essem veritus, ne quid lateat in hac corrupta voce. Godofredus Hermannus coniecit: *μέχρι τοῦ αὐτὸ διαβρέξαι τὸ στόμα.* Sic *ἄν* irrepsit Dion. Hal. Arch. pag. 1194, 5. *ἐδόκει ἐκ Μενεκλέους χρῆσθαι* [sic Vat. vulgo *κεχρῆσθαι*] *γνώμῃ, ἕως ἂν καθῆκεν ὁ λόγος εἰς τὸν Λέπιδον.* Dele *ἄν*. Geopon. p. 437. Nicl. *ἡ δὲ λεπτὸν ἄν, φαύλη ἀποδυκνυμένη.* *ἄν* natum ex antec. *ᾶν*, quapropter eiiciendum.

περιστότερα] Cod. *περιστώτερα*, quod emendavit Cour.

ἠμέλητο] Sic Sinner. correxit vitium ed. Romanae Courierii et Chardonii *ἠμελῆτο*. Cour. coniectura *ἠμελεῖτο* etiam Geelii probata ex supplemento ab editoribus recepta est.

πόαρ θερινῆς] — *Ὡρὰ καὶ Σαπφώ* [Od. M. v. 14. sq. p. 29. Nav.] *χλωρονέρα δὲ πολὺς Ἔρμιλ Βεῖται δὲ ἐν ἀρχετύπῳ χλόης καιρινῆς. Ὑπεργέγραπται δέ ως ὑσ ἵν ἦ χλόος θερινῆς.* Cous. Geel. coniecit *πόαρ ἐαρινῆς* vel *ἠρινῆς*.

ἀπ' αὐτῆς] Sic Cour. Cod. : ἐπ' αὐτῆς. — Ceterum his in verbis finem habet supplementum, quod Cour. ex cod. A primus evulgavit.

ἀπελήρει] Schaef. coniecit ἀπεθήρα. Valgatam recte defendit Iacobs. in notis MSCT. : „ἀπελήρει non displicet de nugis secum garrientis pueris."

CAP. XVIII.

ἐργάζεται] Praesens, quod iam Iacobs. in not. MSCT. coniectura erat assecutus, confirmant codd. Par. III. AB, et Cour. recepit.

χείλη — φόδων ἁπαλώτερα] Imitatus est Nicet. Eugen. hunc locum l. I. v. 124. 128 sq. 140.

ἐκπηδᾶ] Hoc sic imitatur Nicetas Eugen. :

Αἰ αἰ, περιττὸν ἄχθος ἀντιλαμβάνω,
Τὸ στέρνον ἀλγῶ, πάλλομαι τὴν καρδίαν,
Ἀνατραπεὶς ἔπιπα σῶμα καὶ φρένας.

Sic virgo quaedam sibi amore καρδίαν ἐκπηδᾶν dicit apud Aristaenet. l. II. ep. 5. [p. 141. Boiss.] v. Abresch. p. 210 et 211. Sic Aristophanes in Nub. v. 1393 :

Οἴμοι γε τῶν νεωτέρων τὰς καρδίας
Ἁπηδᾶν ὅ τι λέξει.

Confer omnino Achill. Tat. l. V. p. 498. [c. 27. ubi v. Iacobs. p. 833.] et Xenoph. Ephes. l. I. p. 10. Maximus Tyr. diss. XXIV. t. I. p. 460 et 461. Reisk. Socratem narrat dixisse καρδίαν μὲν αὐτῷ τὴν καρδίαν ἐκκεκινῆσθαι Χαρμίδῃ, καὶ οἶδεν τὸ σῶμα, ἐκτοπᾶσθαι δὲ καὶ ἐνθουσιᾶν. In quo loco corrupto Davis. annotat, pro οἰδεῖν legi ἥδεσθαι in cod. Reg., sed se nihil inde extricare. Ego quidem legerem : ἰδρῶν τε τὸ σῶμα καὶ ἐκτοπᾶσθαι, vela ἰδόντα τὸ σῶμα ἐκτοπᾶσθαι. Ait enim Socrates apud Platon. de Charmide p. 236. D. adductum ab ipsomet Davisio, quem nihil ex hoc loco profecisse miror : τότε δὴ ἀναπνεύσας, εἰδόσ τε τὰ ἐντὸς τοῦ ἱματίου καὶ ἐρεγόμενον καὶ οὐκέτι ἂν ἐμαινόμην. Atque hac quidem occasione utar, ut meam de quodam Maximi Tyrii loco coniecturam deponam. Scilicet ille de barbarorum diis loquens Diss. VIII. p. 135. t. I. ed. Reisk. Πέρσαι μὲν πῦρ ἄγαλμα ἐφήμερον, ἀκέραστον καὶ ἀδήρατον. Hic pro ἐφήμερον legere mallem ἀνήμερον, quod confirmant sequentia :

ἄξιον δὲ καὶ πρὸς τοὺς Πέρσας εἰπεῖν· ὦ πάντων γενῶν ἀνοήτατον, οἳ τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀγαλμάτων ἀμελήσαντες, γῆς ἡμέρου καὶ ἡλίου λαμπροῦ κ. τ. λ, περὶ ἓν μάλιστα ἀσχολεῖσθε τὸ ἀγριώτατον καὶ ἀξύτατον. Idem supra p. 135, deum esse ἥμερον dixit. Sed potest retineri et vulgata lectio ἐφήμερον, si cum Valckenario intelligas, brevi periturum, nisi semper subministretur ξύλων τροφή, quae paulo infra in hoc loco commemoratur. Vill. p. 38 et sq.

πῶς οὖν οὐκ ἀπέφαγεν] Amyot in suo codice videtur invenisse ἀπέφαγον. Vertit enim: *il faut dire que non; car j'en fusse mort.* Vill.

CAP. XIX.

καὶ ἔργων] καὶ recepit Vill. ex Parr. I. II. Assentiunt AB. Vulgo omittitur.

τυρίσκων] Sic Coun. ex AB. Vulgo τυρῶν.

γεννικῶν] Non dubitavi certissimam hanc Schaeferi (in edit. Paspowii ad h. l. prolatam) et Coraii coniecturam reponere, quam deinde probarunt Sinner. Gesl. et Iacobs. γαμικῶν, quod Columban. receperat ex Urs., in omnibus postea editionibus comparet. Flor. AB: γενικῶν. Marg. Par. III: τινῶν καὶ τῶν μηλῶν. Amyot. Parr. I. III. omittunt vv.; πλησίον κλήματος usque ad τυροὶς ὠῶρον, sicut Par. II. usque ad ὠῶρον εἶναι. De γεννικὸς v. s Schaef. citatos *Casaub.* ad Athen. t. I. p. 428. *Hemsterhus* ad Lucian. t. I. p. 184 sq. Adde Alciphr. lib. III. ep. 5. γεννικὸν δεῖπνον. De scriptura γεννικὸς et γεγνικὸς v. *Schaefer.* Appar. ad Demosth. t. V. p. 523. et varr. lectt. ad Lucian. Charont. c. 14. Plutarch. de rect. rat. aud. p. 46. E scribe γεννικῶς, uti etiam Instit. Lac. p. 236. A. Dion. Halic. de Isaeo Iud. p. 616, 11. lege: καὶ τὰ πάνυ, πολλῷ γεννικώτερα, ubi Reiskii coniecturis γεννικάτερα et γεννικώτερα facile careas; et de admirab. vi dicendi Dem. p. 1074, 5. ἡ γεννικὴ καὶ αὐστηρὰ scr. ἡς γεννικὴ καὶ αὐστ.

τοὺς μὲν ὠῶρον] Feci cum Coraeio auctoritate Flor. AB vocem τυροὺς, quae iam Fulv. Ursino et Columbanio non genuina videbatur esse. Par. III. τηροῖς.

τοὺς τυροὺς

ὠῶρον εἶναι δίδωσι] Imitatio Homerici ὠὸν ξεινήϊον εἶναι,

id quod iam Villois. animadvertit. Ceterum talis v. εἶναι abundantia rarissima videtur esse apud pedestris orationis scriptores, quamquam similes non raro inveniuntur. V. *Iacobs.* ad Aelian. H. An. p. 11. *Bernhardy* Syntax. p. 363. *Reiz.* et *Hermann.* ad Viger. p. 750. Lucian. Catapl. 7. ἐφορόν σε καὶ ἰατρὸν εἶναι — ἀπέλιμπανον.

ἐντεῦθεν δὲ] δὲ om. Parr.

ἐνέβαλε] Hanc Hinlopenii et Villois. coniecturam probant Brunck. et Schaef. atque confirmant **A B**. Vulgo ἀνέβαλε. — Sic infra in re simili l. III. c. 29. πάνυ θρασὺν ἐμβάλλει λόγον περὶ γάμου. Achill. Tat. l. II. p. 298. et VII. p. 570. ἐμβάλλειν λόγον. VILL. p. 42. Satis frequens hic usus. V. *Sturzii* Lexic. Xenoph. t. II. p. 145. q. *Wyttenbach.* Index ad Plutarch. s. h. v.

λαμβάνοι] Sic vulgo et **B**. Cour. ex **A** λαμβάνει.

ἐπηγγέλλετο] Ante Dutens. et Villois. legebatur ἀπηγγέλλετο. ἐπηγγέλλετο habent Parr. et **A B**.

μηλεῶν] Parr. μήλων.

περιπέσῃ] Ita **A B**. Vulgo περιπέσοι. Coniunctivum post praeteritum enunciatis finalibus etiam ab optimis scriptoribus poni certa quadam conditione, nemo hodie ignorat. Recentiores, illud quidem inter optativum et coniunctivum discrimen minus servantes, multi ut videtur, frequentius, quam illi, coniunctivum posuerunt. Ex solo Dionysio Halic. nubem exemplorum posses congerere. Sic etiam Long. l. II. c. 31. ἔπεσκόπει, μὴ λύκος — ποιήσῃ. l. III. c. 11. ὁ δὲ ἀπῄει φελήσας — ἵνα — μείνῃ. c. 13. ἐφύλαττε — μή τις — προσχεύσῃ αὐτάς. conf. c. 14. init. c. 24. δεδοικὼς μὴ νικηθῇ — οὐκ ἐπέτρεπεν. l. IV. c. 24. ἐσώθης — ἵνα ἔχωμεν. Alia ratio est loci l. III. c. 34. οὐκ ἔμελλον καταλιπεῖν — ἵνα πέσῃ χαμαὶ — ἢ πιεσθῇ etc. Neque aliter alii Eroticis Achill. Tat. l. V. c. 27. ἐφοβήθη τὸν Βρωτέα, μή μοι γένηται μήνιμα. Vid. *Iacobs.* p. 869. Heliodor. l. III. c. 4. p. 113. Cor. ἐμελλαίνετο — ἵνα ἐπιδείξηται. Alciphro l. I. ep. 17. ἐδήλωσα, οὐχ ἵνα ἐπιγελάσῃς, ἀλλ' ἵνα μάθῃς. ep. 31. ἵνα ἐν καιρῷ γένηταί σοι — ἡ ἐκείνου παρουσία συνηγορία. Cf. etiam ep. 33. fine. Aristaen. l. I. ep. 5. p. 26. Boiss. προδιέθηκεν ὅπως — βουκολήσωσι. Charit. p. 29, 20. ed. Lips. 46, 12. 70, 16. 75, 22. 76, 3. 12. 81, 2. 82, 7. 84, 5. 89, 1. 19. 91, 22. 98, 15. 105, 16. 106, 22. 112, 19. 113, 21. 116, 5. 117, 6. 124, 9. 133, 1.

152, 5. 160, 2. 178, 5. 190, 5. Apud Lucian. Ver. Hist. l. II. c. 35. haud scio an vulgatae: *ταῦτα μὲν ἐδήλου ἡ ἐπιστολὴ καὶ περὶ ἡμῶν ὅπως ξενισθείημεν* praeferenda sit codd. 3011. 2954. lectio, ad quos accedit etiam Augustan., *ξενισθῶμεν*. Sic etiam coniunctiv. pro optativo exhibent optimi libri c. 29. *συνέπεμψε – ἵν' – συλλάβῃ* pro *συλλάβοι*, quod est in verbis. Neque rariora apud cadentis Graecitatis scriptores sunt exempla optativi eo loco positi, ubi qui puriore et accuratiore utuntur dicendi genere coniunctivum usurpavissent. In quorum scriptorum numero Lucianus inprimis est nominandus.

ἀνένευσε] Vide *Abresch.* Dilucid. Thucyd. Auctar. p. 298. ubi e IV. Platonis l. de Rep. p. 452. C. *τὸ ἐπινεύειν* opponi *τῷ ἀνανεύειν* observat. Cf. et *Dorvill.* ad Char. p. 169. [p. 302. ed. Lips.] Eleganter admodum Lucianus in Necyom. t. I. p. 462. [c. 5.] *ἀτεχνῶς οὖν ἔπασχον τοῖς νυστάζουσι τούτοις ὅμοιον, ἄρτι μὲν ἐπινεύων, ἄρτι δὲ ἀνανεύων ἔμπαλιν.* Idem adv. Indoct. t. III. pag. 103. *ἐπίνευσον γοῦν ἢ ἀνάνευσον.* Hinc et sic prorsus Latinum *annuere* et *abnuere.* Pro *ἐπινεῦσαι* [quod apud nostrum paullo supra est: *ἐπένευσε τὸν γάμον*] Graeci dicunt et *κατανεῦσαι* ut et infra in re simili: l. IV. c. 34. *κατανεῦσαι τὸν γάμον* VILL. p. 43.

CAP. XX.

παρ' ἡμέραν] *alternis diebus.* Lucian. t. I. p. 276. [D. Dial. XIV, 2.] *τὰ μὲν τῆς Λήδας τέκνα παρ' ἡμέραν ἑκάτερος ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν Ἅιδου εἰσίν· ἐμοὶ δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ ταῦτα κἀκεῖνα ποιεῖν ἀναγκαῖον.* Plenius Plutarch. Mor. t. I. pag. 520 s. Wyttb. *τοὺς μὲν οὖν Αὐδοὺς ἐν τῷ λιμῷ λέγουσι διαγαγεῖν ἡμέραν παρ' ἡμέραν τρεφομένους.* (Cf. Herodot. p. 49.) Scholiast. ad Lucian. t. I. p. 328. *ζῆν μίαν παρὰ μίαν ἡμέραν* ubi v. *Hemsterh.* Sic *παρ' ἐνιαυτὸν* alternis annis Diodor. S. t. I. p. 308. SCHAEF. p. 339 sq. v. eundem ad Lamb. Bos. p. 139.

ἐπὶ ποτὸν] Sic scripsi ex A. Vulgo *ἐπὶ τὸν ποτόν.* V. l. I. c. 8. *πότε ἄγειν ἐπὶ ποτόν.* Cf. l. III. c. 8. *ὥρμησε πρὸς ἄγραν.* l. IV. c. 4. *ὃς ἠγεῖτο ἐπὶ ποτόν.* c. 25. *ἄπειμι τὰς αἶγας ἀπάξων ἐπὶ ποτόν.* ubi v.

κατανωτισάμενος] Utitur hoc verbo Longus etiam l. III. c. 14. *αἱ δὲ κατανωτισάμεναι.* Luciani. Lexiph. c. 5. *καὶ ἀλλήλους κατανωτισάμενοι.* Phot. Lexic. p. 139. ult. Plutarch. Mo-

ral. p. 924. C. *θαυματοποιοῦ τινος ἀποσκευὴν καὶ πυλαίαν καταγώτισάμενοι.* Schaefer. citat *Wakefield.* in Trag. Del. t. I. p. 39.

τούς τ' ἐμπροσθίους] Par. II: *τούς τε προσθίους.*

ἐφηπλῶσθαι] Infeliciter Mollius emendare voluit *ἐφοπλίσασθαι*, quam coniecturam merito reiiciunt Dorvill. ad Charit. p. 219. [333 Lips.] Herm. Tollius et Boden. recte monentes, Suidam servavisse *ἐφαπλώματα*, quae Aristophanem *πεπλώματα* vocavisse dicit (Acharn. 425). Hic *ἐφηπλῶσθαι* dicuntur, quae manibus cruribusque praetenta obtenduntur eaque integunt; *les pieds de devant lui tomboient jusque sur les mains*, ut elegantissima Amyoti versione Gall. utar. Hesych. t. I. p. 1312. *ἐπανατείνει· ἐπανατείνεται, ἐφήπλωται*, ubi *Alberti* lectionem Longi recte tuetur et verbum *ἐφαπλόω*, quo carere dicit lexica, munit tribus Athanas. et Theophyl. exemplis e *Suiceri* Thes. Eccles. v. *ἐφαπλόω*, petitis. Idem confert Chrysosth. t. V. Savil. ed. princip. *ὁρῶσι τὴν γῆν καὶ καθάπερ ἱμάτιον ποικίλον ἐφαπλούμενον αὐτῇ κ. τ. λ.* Addit praeterea Sylburgii Saracenica p. 26. in. habere: *καὶ ἡ νὺξ ὅταν ἐφαπλῶται.* Unde vides hanc vocem ab antiquissimis scriptoribus non usurpatam nec receptam fuisse nisi Sophistarum temporibus. Vill. p. 44. Ex Orphei Argonaut. excitat D. Scottus s. v. Habet etiam Pollux t. I. p. 569. Schaef. p. 340. Et Etymol. M. p. 510, 38. *οἱ γὰρ πραϋνόμενοι διακεχυμένοι καὶ ἐφηπλωμένοι γίνονται.* Schaef. msct. Plutarch. Mor. p. 167. A. *σκότος ἐφήπλωται.* Heliodor. l. X. c. 32. p. 435. Cor. *ἐφαπλῶσαι τῇ γῇ τὴν γαστέρα κατηνάγκασε.*

κεφαλήν] De sententia loci confert Iungerm. Virgil. Aeneid. XI. v. 680 sq. Villois. citat *Valcken.* Diatr. p. 101. 102.

ἀκάνθαις, βάτοις] Sic Cour. ex AB. Vulgo *ἀκ. καὶ βάτοις.*

ἔλαθε λοχῶν] Sic scripsi e B, cuius libri lectionem probant Boiss. et Geel. — Hac significatione *λοχᾶν* sine casu positum est a Plutarch. Sympos. t. VIII. p. 818. Reisk. p. 705 Fr. *ὅσαι δὲ τῶν ἡδονῶν τοὺς περὶ γαστέρα ἀντιταγμένους αὐταῖς – περὶ τὰ ὄμματα καὶ τὰ ὦτα λανθάνουσιν ἐνῳκισμέναι καὶ λοχῶσαι – τοὺς ἐκείνων οὐδὲν ἧττον ἐμπαθεῖς ὄντας καὶ ἀκρατεῖς ὁμοίως οὐ καλοῦμεν.* Amator. narr. t. IX. p. 92. R. p. 772. Frcf. *τότε δὴ συνδραμόντες πάντες οἱ λοχῶντες ἐκεῖνοι συνελάμβανον αὐτήν.* Dion. Hal. t. I. p. 351. 11. *ἀλαλάξαντες οἱ λοχῶντες ἦθεον.* alib.

πολλὴν εἶχεν ἐλπίδα] Urs. et Flor.: ταύτην εἶχε τὴν ἐλπίδα. marg Par. III: τὴν ἐλπίδα.

CAP. XXI.

οἱ τῶν προβάτων ἐπὶ φυλακὴν] Sic scripsi ex. A. Vulgo: οἱ τῶν προβάτων ἐπιφύλακες. Quod substantivum, quum ex hoc tantum loco in lexica sit illatum, optimi et vetustissimi libri auctoritate proscribendum est.

οἷα δὴ κυνῶν — περιεργία] Vulg. οἷα — περιεργίᾳ. — περιεργία Parr. l. II. AB, quod receperunt Vill. et Cour. Quod ego in verbis posui post Passowium, id unice verum esse, viderunt iam Brunck. Boissonad. Eichstaedt. Schaefer. ad Sophocl. Electr. v. 157. t. I. p. 240. qui vir doctissimus quod requisivit articulum pag. 264 ei. l., id recte retractavit in Ind. ad Homeri Odyss. t. III. p. 141. Eo magis miror Sinnerum, qui Villois. et Cour. scripturam voluerit defendere. Quod enim ille vocis οἷα pro ὡς positae exempla congessit, quem h. v. usum nemo facile ignorat, id nihil facit ad eam sententiam firmandam.

ξινηλασίαις] Sic codd. ξινηλασία vulgo.

τὸν Δόρκωνα — ὑπάκτησαντες] Ante Villois. desiderabantur in edd. Habent Urs. et AB, ut videtur.

κατὰ τοῦ δέρματος] Vulg. μετὰ κράτους. κατὰ κράτος unus ex Ursini codd., Amyot. et B. κατὰ τοῦ δέρματος Flor., alter Ursini et A. Bene comparat Vill. infra: κατά τε μηρῶν καὶ ὤμων δεδηγμένον.

τὸν ἔλεγχον αἰδούμενος] In Severi Sophistae Διηγήμασιν, quae e cod. Matritensi edidit Iriarte in Catalog. Manuscr. Reg. Bibl. Matrit. t. I. p. 462. col. 1. legitur ἴον, τὸ ἄνθος, ἐξ ἧς ὀνομάζεται, γέγονεν. Ἥρα μὲν γὰρ ὁ Ζεὺς τῆς Ἰοῦς· ἐρῶν δὲ ἐπλησίαζε, καὶ συνὼν λαθεῖν ἐπειρᾶτο τὴν Ἥραν· καὶ τὸν ἔλεγχον (l. ἔλεγχον) μεταβολὴν ἐποιεῖτο τῆς φύσεως· καὶ τὸ γεγονὸς ὑποκλέψαι δοκῶν, εἰς βοῦν μεταβάλλει τὴν ἄνθρωπον, ubi post ἔλεγχον addendum credo αἰδούμενος vel φοβούμενος. VILL. p. 46.

τοὺς μὲν δὴ κύνας] Emendatio Schaeferi, quam confirmat A. τοὺς μὲν κύνας δὴ vulgo.

ἀναπλήσει συνήθει] Ursin. Flor. et mrg. Par. III: ἀναπαλέσαντες συνήθως.

ἀγάγοντες] Flor. mrg. Par. III.: ἄγοντες.

διαμασησάμενοι] Praeter Alciphron. l. III. ep. 57. citatum a *Schaefero* utitur hoc verbo etiam Lucian. Alexand. c. 12.

ἐπέπασαν] Brunck. coniecit ἐπέπλασαν, quo non opus; cf. *Sinner.* ad h. l.

ἐπιβολὴν τοῦ δέρματος] Par. III: ἐπιβουλὴν τοῦ δ. Urs.: ἐπιβουλὴν τοῦ Λόρκωνος. Hinc coniecit Vill. ἐπιβολὴν τοῦ Λόρκωνος, quod non necessarium.

CAP. XXII.

ἐκ κυνός, φασίν, οὐ λύκου] Brunck. voluit ἐκ κυνός, οὐ λύκου, φασίν, στ.—ἐκ λύκου στόματος inquit Suidas [t. I. p. 694.] ἐπὶ τῶν ἀνελπίστως παρὰ τινῶν τι λαμβανόντων, κατὰ τὸν μῦθον τοῦ λύκου καὶ τοῦ γεράνου. Huius proverbii meminit etiam Apostol. in paroemiis centur. VIII. art. IX. Columb.

χειρὸς παταγῇ] χειροπλατάγῃ A.

τὰς ἐπαύλεις] Articulum vulgo omissum ex Urs. restituit Dutens. Accedunt AB.

ἔθελόν τι] Coniectura est Hinlopen. et Vill., quam confirmant AB. Vulgo ἐθελοντί. Confert Vill. Plat. Phaedr. p. 1227. Frcof. ἐρᾷ μὲν οὖν, ὅτου δέ, ἀπορεῖ· καὶ οὔθ' ὅ τι πέπονθεν, οἶδεν, οὐδ' ἔχει φράσαι· ἀλλ' οἷον ἀπ' ἄλλου ὀφθαλμιᾶς ἀπολελαυκὼς, πρόφασιν εἰπεῖν οὐκ ἔχει. et Long. l. II. c. 8.

ἐξέκαε] Sic infra l. III. c. 13. ἐξεκάοντο πρὸς τὰ ἀκούσματα. Xenoph. Eph. l. I. p. 19. αὐτὸν πρὸς τὸ μειράκιον συνήθεια ἐπὶ πλέον ἐξέκαε. l. II. p. 24. μᾶλλον ἀνεκαίετο. l. IV. p. 60. τῆς Ἀνθίας ὄψις ἐξέκαεν αὐτόν. Achill. Tat. l. I. p. 34. τοῦτο μὲν τὴν ψυχὴν ἐξέκαυσεν. Vill. p. 49. Cf. Heliod. l. VIII. c. 2. p. 312. in. Cor. δι' ἐπιθυμίας αὖθις ἐξέκαε. Cf. *Locella* ad Xenoph. Eph. p. 141.

CAP. XXIII.

ἦρος οὖν ἤδη τέλη] Sic omnes libri, nisi quod A exhibet: ἤρους. [Quod Schaefer. scripserat, τέλος ἦν, id retractavit monente Coraë ad Heliod. p. 317. (qui idem repetiit in Ἄτακτ. t. II. p. 345.) in Mell. p. 44. et ad Lamb. Bos. p. 465. Cf. etiam *Iacobs.* in Vers. Germ. ad h. l.

τεττίγων ἠχή] Vill. suspicatur *ἡ ἠχή*. — *Πλάτων ἐν Φαίδρῳ· θερινὸν ὑπηχεῖ τῷ τῶν τεττίγων χορῷ* Cour. De cicadarum cantu iam e Bucolicis omnia nota sunt. Cf. etiam supra ad cap. 14.

γλυκεῖα δὲ ὀπώρας ὀδμή] Sic Cour. ex **A**. Vulg. *γλυκεῖα καὶ ἡ τῆς ὀπ. γλυκεία . . . . . ὀδμὴ . . . . . εἶκασ . . . . τις καὶ τοὺς ποταμοὺς . . . . . καὶ τοὺς ἀνέμους κ. τ. λ.* **B**. Cour. confert Theocrit. Id. 7. v. 143. — Passow. edidit: *τερπνὴ δὲ ποιμνίων βληχή, γλυκεῖα καὶ ἡ τῆς ὀπώρας ὀδμή.*

τερπνὴ δὲ ποιμνίων βληχή] omitt. Parr. l. II.

ᾄδειν] Cour. Vers. Gall. p. 214. coniecit *εὕδειν*, sed addit: „Toutefois la leçon vulgaire se peut défendre par des exemples et par le *πάρισον*: *τοὺς ποταμοὺς ᾄδειν τοὺς ἀνέμους συρίττειν.*“

ἀνέμους συρίττειν.] V. Theocr. Id. I. v. 1.

Ἄδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἃ πίτυς, αἰπόλε, τήνα,
Ἃ ποτὶ ταῖς παγαῖσι, μελίσδεται.

ubi v. *Valckenar.* Moschus Id. V. v. 7.

ἑὔσκιος [*χἀ δάσκιος*] εὔαδεν ὕλα
Ἔνθα καὶ ἦν πνεύσῃ πολὺς ὤνεμος, ἃ πίτυς ᾄδει.

Huetius autem hunc eundem Theocr. locum conferendum monet, ut et Lucianum Ver. Histor. l. II. p. 393. [?] Idem Theocrit. seu quisquis Ὀαριστὺν scripsit v 57.

Ἀλλάλαις λαλέοντι τεὸν γάμον αἱ κυπάρισσοι.

Iungerm.: Tatius Leucipp. (l. V. p. 450.) [c. 16. p. 117. 21. Iac.] *λιγυρὸν δὲ συρίζει περὶ τοὺς κάλους καὶ τὸ πνεῦμα· ἐμοὶ μὲν ὑμέναιον ἄγειν* (ubi omnino legendum *ᾄδειν* [at vide *Iacobs.* p. 795.]) *δοκεῖ τὰ τῶν ἀνέμων αὐλήματα.* Orpheus Hymn. Apoll.

Πᾶνα θεὸν δικέρωτ' ἀνέμων συρίγμασιν ἥντα.

Recte *Boden.* contulit Claudian. de Raptu Proserp. l. I. v. 206. et de Nupt. Honor. et Mart. et Manil. II. 651. et Apulei. l. II. Asini aurei sic loquentem: *Arbores clementi motu brachiorum obsibilabant.* Vill. p. 49 sq.

μῆλα ἐρῶντα] Male Iungerm. *μῆλα* pro ovibus accepit et interpretatus est: *pecora amore languentia humi decumbere.* Recte Amyot: *on eût dit que les pommes amoureuses se laissoient tomber par terre.* Nusquam *μῆλα*, nisi apud poetas, designat oves. Cf.

l. III. c. 33. Hoc autem ἐρῶντα displicuit Boden. „Nam", inquit, „cuius amore capiuntur mala? tellurisne, cuius gremio excipiuntur, quam granis reddunt praegnantem?" Longius haec illi petita videntur: unde coniicit ἐρῶντι vel εἰς ἔρωτα; quod simul, inquit, Veneri sacra essent, simul ab amantibus legebantur, ad provocandum lacessendumque amorem et muneri ab amantibus ferrentur; quod probat e Theocr. Id. III. v. 10. V. v. 88. VI. v. 6. Virgil. Eclog. III. v. 64. II. v. 52. Horat. l. I. ep. 1. v. 77. et ex Heliod. Aeth. l. III. pag. 132. Com. Miror Boden. non contulisse et hunc Longi locum l. III. c. 33. fin. qui mire appositus videtur ad hanc emendationem confirmandam: ὁ τρυγῶν ἐφύλαττε τὸ καλὸν μῆλον ἐρωτικῷ ποιμένι. [cf. *Boiss.* ad Nicet. p. 321 sq. ad Aristaen. p. 563 sq. Alciphr. l. III. ep. 62. Arsen. Viol. p. 139. *Boettiger.* Sabin. t. I. pag. 254. et *Vill.* ad. l. III. c. 25.] At vero cum sophistam redoleant praecedentia, τοὶς ποταμοὶς ᾄδειν κ. τ. λ. καὶ τοὺς ἀνέμους συρίττειν κ. τ. λ. et multo magis sequentia, τὸν ἥλιον φιλόκαλον ὄντα πάντας ἀποδύειν, hinc sequitur receptam ab omnibus lectionem et interpretationem magis Sophistae interdum lascivienti, convenire, nec proinde temere sollicitari debere. VILL. p. 50 sq.

ἐπὶ πολὺ μὲν πόνον εἶχε] Est coniectura Wyttenbachii quam probavit Vill., et Schaefer. et Cour. in verbis posuerunt. Vulg. ἐπὶ πολὺν μὲν χρόνον εἶχε. Par. I: ἐπιπολύν. Par. III: ἐπίπολυν. — Vulgat. χρόνον defendit Vauvillerius ad Aiac. v. 23. Boiss. — Brunck. Wyttenb. coniecturam dicens elegantem ipse tamen aliam profert εἶχετο. — Ceterum vv. seqq. δεινὰ γὰρ — διώκοιντο post κλάδοις ponenda esse censet Passow., cuius rei causam exponit p. XLII. Praef. sqq. Praeterea idem V. D. ἐπὶ in ἔτι mutari vult ibid. At tu vide *Iacobs.* V. Germ. h. l. p. 41. — De confusione vv. χρόνος et πόνος citat Schaefer. *Brunck.* ad Eurip. Hippol. 372. Bacch. 808. Non male *Sylb.* Dion. Hal. t. I. p. 351. R. pro σὺν πολλῷ χρόνῳ scribendum censet σὺν πολλῷ πόνῳ.

οἴνου καὶ γάλακτος] Sic supra c. 10. ἐκοινώνουν γάλακτος καὶ οἴνου. l. II. c. 38. ἔπιον οἶνον, μίξαντες γάλα. Observa autem miram vini cum lacte commixti potionem, quam recte Mollius dicit esse οἰνόγαλα; de quo v. *Foës.* Oecon. Hippocr. s. h. v. p. 446. Frcf. a. 1588., ubi refert huiusce potionis ex vino et lacte commixtis paratae, (cuius fere similem etiamnunc

hodie habent Angli,) meminisse Hippocratem l. VII. Epidem. et scripsisse ab ea choleram morbum generari. Vill. p. 52 sq. — Cf. *Villois.* ad Nov. Version. Proverb. p. 103. Boiss. — Breuvage usité aujourd'hui encore dans le Levant et en Calabre. C'est ce qu'on appeloit *oenogala.* Coun. V. G. p. 215.

CAP. XXIV.

τὸν Δάφνιν] Articulum, qui ab omnibus servatus libris ex Vill. et Schaef. edd. exciderat, reposuit Passow.

ἐπ' ἀνθοῦν ἐνέπιπτε τὸ κάλλος] Sic ex Reitzii ad Lucian. t. II. p. 537. coniectura, in quam etiam Huet. inciderat, edidit primus Dutens. Confirmant codd. AB. Vulg. *ἐπανθοῦν.* Wyttenb. autumat scribendum esse *τῇ - ὁρώσῃ - ἐνέπιπτε* vel *ἐνέσκηψε τὸ κάλλος.* —— *Coraes* in nota ad calcem t. 6. Bibliothecae *des Romans Grecs* Paris 1797. p. 228. legit *επ αθροον* vel potius *επ αθρουν ε τ. κ. κ. ε. μηδεν μερος αυτου . . .*: et similem indicat inter *ἀθρόον* vel *ἄθροῦν* et *μέρος* oppositionem in locis Thucydidis l. 11. II. 19. Boiss. Pulcre Peerlk. ad Xenoph. Eph. p. 71. *ἐπανθοῦν ἐνέπινε τὸ κάλλος.* Mihi flosculus latere videbatur Platoni sublectus, *ἐπανθοῦν ἐπτοεῖτο τὸ κάλλος.* Plato Sympos. p. 206. A. *ἡ ποιήσις γέγονε περὶ τὸ καλόν*, cuius alios imitatores indicat *Creuzer.* ad Plotin. p. 212. *ποιητὸν ὄμμα* illustravit *Dorv.* ad Maneth. in notis ad Charit. p. 754. Sed res nota est: quarti casus insolentia Longo condonanda, qui l. IV. c. 8. *πτοούμενοι τὸν δεσπότην*, ubi Flor. habet *φοβούμενοι*, glossema, quod perperam Cour. in textum admisit. Gebl. Bibl. Cr. N. t. V. p. II. p. 252.

διακρίνοντες] Sic Cour. ex A. Vulg. *διακρίναντες.*

μήλῳ τὸ πρόσωπον] In Anthol. l. IV. 12, 59:

Ἄλσος δ' ὡς ἱκόμεσθα, βαθύσκιον, εὕρομεν ἕδον
Πορφυρέοις μήλοισιν ἐοικότα παῖδα Κυθήρης.

Quod expressum ex Theocr. Id. VII. v. 117.

Ὦ μάλοισιν Ἔρωτες ἐρευθομένοισιν ὅμοιοι.

Vill. p. 53.

λευκὸν καὶ ἐνερευθὲς] Hunc Longi locum protulit Dorvill. ad Char. p. 161. [p. 298 Lips.] omnino videndus. Eleganter Musaeus c. 58:

Ἄκρα χιονέων φοινίσσετο κύκλα παρειῶν,
Ὡς ῥόδον ἐκ καλύκων διφυμόχροον.

Casaub. ad h. l. a Iungerm. et hinc a Moll. laudatus, docet Animadv. ad Athenaeum l. XX. pag. 60.] ed. Lugd. 1621. aliud Graecis esse ἐρευθὲς aliud ἐνερευθές; illud esse rubrum, hoc rubenti affine, sive e flavo rubrum ἐρευθός τι ἔχον ut loquitur Galenus, seu potius μετρίως ὑπέρυθρον, ut ipse Dioscor. l. VII. de araneorum veneno agens τὸ ἐνερευθὲς explicat. Hoc ἐνερευθές, quod remissam et valde dilutam notat rubedinem, colorem optimi sanguinis esse, sunt e medicis qui scribant, ut Actuarius lib. de urinis cap. IV; unde Chloes πρόσωπον hic recte dicitur ἐνερευθές, praesertim cum observante eodem Casaub. in II. Galeni θεραπευτικῆς μεθόδου ceu affines colores ponantur ἐνερευθὴς et λευκὸς ἀκριβῶς et a Dioscor. l. IV. sideritidis folia dicantur ὑπόλευκα ἐνερευθῆ, hoc est medii coloris inter album et rubrum. Cas. ibidem monet paucos observasse, quam vim particula ἐν habeat in hac dictione et in similibus, ubi eodem modo accipienda est, ut in ἔγκιρρος, ἐμπόρφυρος, ἔγχλωρος, ἔμπικρος, ἔγχνοος; non enim otiosam esse hanc particulam, neque, ut multi putant, significationem intendere, sed minuere potius. Tandem addit, in Theophrasti lib. de coloribus ἔμπυρρον et λευκόπυρρον eiusdem coloris appellationes esse inventas. Quae doctissimi critici verba, quamvis paulo longiuscula, ideo produxi, ne quis miraretur Chloës πρόσωπον simul λευκὸν καὶ ἐνερευθὲς dictum fuisse i. e. *blanc et vermeil* ut vertit Amyot. Vill. p. 53 sq. Cf. *Schweighaeus.* ad Athen. t. I. p. 194. 355. *Bernard.* ad Nonn. t. II. p. 330. Boiss.

ἐπέτρεχεν] ἐπέλειχεν Par. I. A. Vill. Vulgatam esse retinendam recte statuit Schaef. Est enim ἐπέλειχεν librar. correctio. —— ἐπέλειχεν firmare potest Herodes Philostrati V. S. l. 8. §. 3. ποῦ σε ἴδω καὶ πότε σου περιλείχω τὸ στόμα. Boiss. — Apte contulit Cour. Alciphr. l. III. ep. 12. καὶ λαβὼν τὴν σύριγγα ἐπέτρεχον τῇ γλώττῃ στενὸν τὸ πνεῦμα μετὰ τῶν χειλέων ἐπισύρων. V. *Cour.* ad Luc. Asin. p. 314.

διδάσκειν ἁμαρτάνουσαν] Sic Cour. ex AB Vulg. ἁμαρτ. διδ.

Χλόην] Vulgo τὴν Χλ. Articul. cum Cour. auctoritate Parr. l. II. AB. eieci.

κατεφίλει] Sic Cour. ex A, Parr. l. II. et Urs. ἐξεφίλει. Vulg. ἐφίλει. B: Χλόην . . . . . συρίττον . . . . . μεσημβρινόν. V. Xenoph. Eph. l. 9. εἰπὼν κατεφίλει τε. Alciphr.

l. II. ep. 3. v. 77. et ep. 4. v. 9. *κατεφίλησα*. l. III. ep. 67. *ποδοῖν ἴχνη καταφιλεῖν*. Verbum satis frequens.

CAP. XXV.

δὲ αὐτοῦ] *αὐτοῦ* vulgo omissum restituit Cour. ex **A**.

καὶ ἅμα καὶ αὐτῇ ἠρέμα] Quamquam variant libri, videtur tamen vulgata, quam etiam **A** servat, nisi quod pro *αὐτῇ* exhibet *αὖτῇ*, ferri posse, si eam ea ratione explices, quam inivit Passow. vertens: *und flüsterte zugleich leise zu ihr hin*. Coniecturam Villois. *καθ' αὐτὸν ἠρέμα* amplexi sunt Cour. Brunck. et Iacobs. Parr. Urs. Flor. et **B**: *κρύφα. ἠρέμα*, quae lectio sapit glossatorem. Boiss. ad Nicet. t. II. pag. 84. *καὶ ἅμα ἠρέμα* pro genuino habet.

οἷοι καθεύδουσι] Sic omn. libri praeter **B**, qui exhibet *οἵ .. καθεύδ*. Cour. dedit e coniect. *οἷον*, quod iam Vill. respuerat.

οὐδὲ τὰ μῆλα] Aristaen. ep. 12. l. I. *τὸ ἄσθμα ἡδύ· ἡ δὲ μήλων ἢ ῥόδων πόμασι συμμιγέντων, ἀπόζειν φιλήσας ἐρεῖς* de quo loco v. *Wyttenb*. Ep. Cr. p. 50. Vill. p. 56.

φιλῆσαι] Sic Cour. ex **A**. **B**: *ἀλλὰ φιλ . . . . δέδοικα*. Vulgo *φιλεῖν*.

δάκνει - τὴν καρδίαν] Plato Sympos. p. 218. A. *τὴν καρδίαν γὰρ, ἢ ψυχὴν . . . πληγείς τε καὶ δηχθείς*. [ubi v. *Stallb*.]. Cf. Xenoph. Mem. l. I. c. 3. ubi suavia cum *φαλαγγίων δήγμασι* comparantur, et in Sympos. c. IV. §. 28. ubi Socrates, qui puer formosi Critobuli capiti et humero caput et nudum applicuerat humerum, hoc contactu inflammatus in haec verba erumpit: *φεῦ ταῦτ' ἄρα ἐγὼ ὥσπερ ὑπὸ θηρίου τινὸς δεδηγμένος τόν τε ὦμον πλεῖον ἢ πέντε ἡμέρας ὤδαξον καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ ὥσπερ κνῆσμά τι ἐδόκουν ἔχειν*. Scilicet tantum virum momorderat *τοῦτο τὸ θηρίον, ὃ καλοῦσι καλὸν καὶ ὡραῖον* ut ipse dicit Memorab. l. I. c. 3. p. 32. Vill. p. 56 sq.

νέον μέλι] *Iacobs*. in V. G. citat notam ad Aelian. H. An. pag. 196.

ὀκνῶ δὲ καὶ μὴ] *δὲ* ex Urs. revocavit Vill. Confirmant etiam **AB**. — *καὶ μὴ* pro vulg. *μὴ καὶ* iam Schaefer. erat coniectura assecutus. Confirmat **A**.

ὦ λύκων] Vill. perperam *ὦ. λ*. V. *H. Stephan*. Anim. in Lib. de Dial. p. 52. *Brunck*. ad Aristoph. Lysistr. 836. Concion. 160. *Iacobs*. ad Anthol. Gr. II. 1. p. 231. Schaef. p. 343.

CAP. XXVI.

τοιούτοις] Sic **AB. Cour.** Vulg. τοῦτοις.

τέττιξ φεύγων χελιδόνα θηράσαι θέλουσαν] Les hirondelles ne mangent point de cigales; mais il y a en Grèce un oiseau appelé *guépier*, que l'auteur a pu prendre pour une hirondelle et qui poursuit les cigales. **Cour.** V. G. p. 217. At vide Aelian. H. A. l. VIII. c. 6. p. 184. v. 13 sqq. Iac. Ἦν δὴ ἄρα καὶ αἱρεῖν ῥᾷστα, οἱ ὄγοι μὲν τοῖς λύκοις, τοῖς μέροψι δὲ αἱ μέλιτται, ταῖς γε μὴν χελιδόσιν οἱ τέττιγες, τοῖς δὲ ἐλάφοις οἱ ὄφεις.

τῆς Χλόης] Articul. ex **A** prim. recepit **Cour.** Vulg. omittitur.

ἑπομένη] Urs. Flor. ἐπ' ἐκείνῃ.

τῶν ὕπνων] pro τοῦ ὕπνου. V. *Abresch.* ad Xen. Eph. p. 119. Loc. *Musgrav.* ad Eurip. Iph. T. 1276. (1265). In Diod. L. t. I. p. 380. e cod. legend.: εἰς ὕπνους κατενεχθῆναι. **Schaef.** p. 343. Heliod. l. I. c. 18. p. 31. Cor. ἀθρόον τῶν ὕπνων ἀποσεσύλητο. (Lucian.) Amor. c. 45. ἡδίους ὕπνους καθεύδει. Ael. H. N. l. IX. c. 17. διακόπτουσα τῶν ὕπνων τὸν ἥδιστον ubi v. *Iacobs.* p. 312. Alciphr. l. III. ep. 59. τὴν φανεῖσαν ὄψιν κατὰ τοὺς ὕπνους διηγήσασθαι. Eumath. p. 184. 274. 324. 326. 496. Apud Plutarch. hic pluralis usus valde frequens. V. *Wyttenbach.* Index in Plut. t. II. p. 1589. ed. Oxon.

ἐκ τῶν κόλπων] Hic κόλπων pro κόλπου ut infra c. 31. ἐμπίπτει αὐτῆς τοῖς κόλποις. et l. IV. c. 36. τὴν Χλόην ἐν τοῖς κόλποις εἶχε ubi Moll. recte observat huiusce dictionis frequenter pluralem pro singulari poni. Sic et Heliodor. l. IV. p. 186. et 192. habet ἐκ et ἐπὶ τῶν κόλπων. **Vill.** p. 59.

ἐγέλασε] Sic Cour. ex **AB.** Vulgo ἐγέλασεν.

ἐφ. λαβοῦσα] Sic prim. Dutens ex Urs. Vulg. ἐφίλησε καὶ λαβοῦσα. Bernard. coniecit non male καταλαβοῦσα, in quam coniecturam etiam Heusing. ad Plutarch. de educ. p. p. 174. incidisse dicit **Boiss.**

ἐνέβαλε] Hanc Iacobsii in not. **mscr.** prolatam coniecturam confirmavit **B**, et ex parte **A**, qui habet ἔβαλε; quapropter eam lect. etiam Cour. in verbis posuit. Vulgo ἐνέβαλλε.

CAP. XXVII.

αὐτούς ποτε] Sic ed. Iunt. Commel. Amyot. mrg. III. Par. A. prob. Cour. — *τότε* Urs. Flor. Parr. — Il n'est pas douteux qu'il faut lire *ποτὲ* et non pas *τότε*. Le consentement de plusieurs Mss. ne prouve rien contre le bon sens et l'evidence. BRUNCK.

βουκολικὸν φθεγξαμένη] Sic vulg. mrg. Par. III. A. *βουκολικὴ* Flor. Urs. Parr. B.

καὶ τῆς Χλόης] *καὶ* ex A recepit Cour. Vulg. omittitur.

μυθολογῶν] est Huetii et Bernardi coniectura. Vulgo et libri *μυθολογεῖν*.

θρυλούμενα] Sic scripsi. Vulgo *θρυλλ.* V. *Schaef.* ad Dion. Hal. de Comp. V. p. 122. *Buttmann.* ad Dem. Mid. p. 88. *Schneid.* ad Plat. Pol. t. I. p. 103. et quos citat *Iacobs.* ad Ael. H. A. p. 104. et in Ind.

ἦν παρθένος, παρθένε, ὡς σύ, οὕτω καλή] *ὡς σὺ* ante Iungerm. omissum. Boden. prim. recepit. Habet etiam Urs. et Amyot. Rursus eiecit Cour. e verbis, qui praeterea de hoc loco haec habet: A: *ἦν παρθένε παρθένος οὕτω καλή.* B: *ἦν παρθένος ..... οὕτω καλή. Καὶ ἔξω στίχου ἑτερογράφως· ἴα· ὡς σύ. Ἀλλὰ λείπει τι πλεῖον καὶ τὸ κενὸν ἐστι μεῖζον ἢ ἀναπληροῦσθαι δύο συλλαβιδίοις. Ἐγέγραπτο δὲ τάχα· ἦν παρθένος ποτὲ, παρθένε, οὕτω καλή. Τὸ· οὕτω, σύνηθες ἐν ἀρχῇ τῶν τοιούτων μυθολογημάτων. Αὐτίκα Πλάτων ἐν Φαίδρῳ· ἦν οὕτω δὴ παῖς ἁπαλὸς μάλα καλός. Καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Σφηξίν· οὕτω ποτ' ην μῦς καὶ γαλῆ.* Et in Addend. p. 190. *γραπτέον· ἦν παρθένος, ὡς εἶ σύ, παρθένε, οὕτω καλή. Λουκιανὸς ἐν θεῶν διαλόγοις,* [4. c. 8.] *οἷος εἶ σὺ, Γανύμηδες, οὕτω καλός.*

ἐν ἡλικίᾳ] Urs. Flor. *ἐν ὕλῃ* — Cf. *Horr.* ad Aeschin. I. p. 25. BOISS.

δὲ ἄρα] Sic Cour. ex A. Vulg. omittitur *δέ*. Cf. l. I. c. 30. l. II. c. 39. l. III. c. 5. l. IV. c. 26.

Πίτυν] De amoribus Panos et Pityos cf. Liban. t. IV. p. 1108. et *Niclas.* ad Geopon. XI. c. 10. BOISS. V. *Iungerm.* ad l. II. c. 7.

παρέμενόν] Huet. coniecit: *παρένεμον*. Cour.: *αἱ βόες*

ἡσθεῖσαι τῇ φωνῇ παρέμενον. Cf. Geopon. p. 1221. Nic. *α. λῶν δὲ καὶ συρίγγων ἐμμελῶν ἐπακούσασαι (αἱ ἔλαφοι) οὐκ ἀποφεύγουσιν, ἀλλ' ἡδόμεναι παραμένουσι καὶ οὕτω θηρῶνται.*

μακρὰν] Parr. *μακρά.*

πρὸς τὴν μελῳδίαν] *πρὸς* deest in Urs.

ἀπεβουκόλησεν] Nativo hic sensu dicitur. Translato occurrit in Xenoph. Cyr. l. 4. 13. [ubi v. *Popp.*] quem locum tetigit *Ernest.* ad Callim. H. in Del. 176. curatissime tractavit *Wyttenb.* in Sel. p. 380. qui omnino videndus. Suid. t. III. p. 591. *Ἡ γὰρ τῆς φενάκης ἀπάτη λίαν ἐγκρατῶς ἀπεβουκόλει τὸν βάρβαρον*, cuius fragmenti sedem, Kustero ignotam indicavit *Alresch.* in Actis Soc. Traiect. t. I. p. 255. Schaef. p. 343 sq. Cf. *Thom. Mag.* p. 158. ib. intpp. p. 148. ed. Lips. Locis ibi allatis adde: Lucian. Amor. c. 16. *μικρὰ ἑαυτὸν τοῦ πάθους ἀποβουκολῆσαι.* Eumath. p. 412. *μή μου ἀποβουκολήσῃς τὸν ἔρωτα.*

τήνδε τὴν ὄρνιν ὄρειον ὡς παρθένον, μουσικὴν ὡς ἐκείνην.] Flor. om. *τήν.* A: *ὄρειον ἡ παρθένος.* Courerium qui scripsit *ὄρ. ὡς ἡ πάρθενος — ὡς ἐκείνη*, fugit illud attractionis genus, de quo *Schaefer.* ad Demosth. t. II. p. 219.*) t. V. p. 158. et ad Plutarch. t. V. p. 11. — Coniecturam Wyttenbachii et Wakefieldii *ὡραίαν* pro *ὄρειον* bene refutavit Schaeferus.

CAP. XXVIII.

μετοπώρου] Eustathius ad Iliad. *χ.* 27. (p. 1350. l. 32. Bas.) *ὀπώρα δὲ καὶ νῦν, μέρος θέρους τὸ τελευταῖον, μεθ' ὃ τὸ μετόπωρον.* Thomas Mag. p. 895. *Φθινόπωρον κάλλιον, ἢ μετόπωρον.* Confusionis horum nominum, quam Oudendorpius ibi tetigit, aliud reperias exemplum in Oppiani Cyneg. I. 459. ubi errat Belinus discrimen inter *μετόπωρον* et *φθινόπωρον* intercedere statuens. Ut l. l. Oppianus, sic Paulus Silentiarius in Brunck. Anal. t. III. p. 73. VIII. *φθινόπωρον* simpliciter *εἶαρι* opponit. Cf. Hippocrat. Aphorism. lib. III. 22. Ioann. Damascen. ap. Mahnium de Aristox. p. 102. Schaef. p. 344. Cf. inprimis *Ideler. Handbuch d. mathem. u. techn. Chronologie* t. I. p. 250 sq.

μετοπώρου δὲ ἀκμάζ. κ. τ. β.] Revocavi cum Cour. vulg.

*) In Indice ad Apparat. Cr. et Ex. ad Demosth. p. 101 b, v. 31. errore typogr. legitur 209., quod mutes in 219.

et omnium codd., quam Vill. et Schaef. mutaverant, lectionem, quum nulla videatur adesse necessitas mutandi et codd. nulla omissionis monstrent vestigia. Bernardi, quam Vill. recepit, coniecturam, probat etiam Iacobs.

ἡμιολίαν] De hoc navigii genere, quo breviore et velociore et praedas in mari agentibus aptissimo uti ut plurimum consueverunt piratae, vide laudatos a Moll. *Bayfium* de re navali, *Scheffer.* de militia nav. l. II. c. 2. et praesertim *Salmas.* in Obss. ad ius Atticum et Rom., ubi monet Suidam *ἡμιολίοις* explicavisse *πειρατικοῖς πλοίοις* [sic etiam Phot. p. 69, 20. Pors.]. Apud Suid. in *Ἡμιολίοις* t. II. p. 61. incertus auctor. quem Salm. Polybium esse suspicatur: *λῃσταί τινες εἰς πολυχειρίαν καὶ πειρατικαῖς ἡμιολίαις τῇ Λακωνικῇ προσενεχθέντες, εἰς τὰ χωρία ἐκσωσάμενοι, λείαν ἀπήγαγον.* De *ἡμιόλιον* autem, quod sescuplum et sescuplex, seu sesqualteras, vel sesquialteras, significat, vid. eund. *Salmas.* de modo usur. p. 331 sq. VILL. p. 63. V. *Fischer.* Ind. ad Theophr. s. v. *Corayum* ad Theophr. p. 303. SCHAEF. p. 345.

ὡς μὴ] Ante Schaefcrum legebatur *ὡς ἴσως μή.* Iure Schaef. delevit *ἴσως* ex cod. Urs. Simili vitio liberavit Vill. loc. cap. 8. in. V. *Schaef.* ad Demosth. t. V. pag. 518 **AB**: *ὡς ἄν δοκ.*

βάρβαροι] Sic passim Tyrii dicuntur *βάρβαροι* et *πειρατὰ* apud Xenoph. Eph. p. 22. c. 7. de quo v. *Hemsterh.* Miscell. Obss. vol. IV. p. II. p. 283. VILL. p. 63.

κατέσυρον] Par. III: *κατέρυσον.*

ἀνθοσμίαν] Cf. not. ad Philostr. Her. p. 289. *Intpp.* ad Achill. Tat. II. 2. [p. 492. Iacobs.] BOISS.

τινὰς καὶ βοῦς] Sic omn. libri et vulg. Schaef. *καί τινας βοῦς* quam tamen mutationem retractasse videtur in annot. Cf. l. II. c. 14. *τὶ καὶ κλυδώνιον.* c. 26. *ἠκούετό τις καὶ — ἦχος,* c. 31. *ἦσάν τινας καὶ ᾠδάς.* l. IV. c. 15. *τὶ καὶ ὀξὺ μέλος.* Philostr. Imm. l. l. c. 2. fin. *μιμεῖταί τινα ἡ γραφὴ καὶ χρότον.* Luc. V. Hist. l. I. c. 2. *ἀλλά τινα καὶ θεωρίαν - ἐπιδείξεται.* de domo c. 6. *ἀλλά τις καὶ λογισμὸς ἐπακολουθεῖ τοῖς λεγομένοις.* Plutarch. de S. N. V. p. 72. ed. Wyttb. Lugd. *ἔχω μέν τινα καὶ λόγον εἰπεῖν.* Heliod. l. VII. c. 23. p. 295. Cor. *μὴ δή τινα καὶ ἐπικουρίαν — ἐπινοήσειας.* Manass. l. V. v. 39. p. 368.

Boiss. *ἔχει τινὰ καὶ χάριν.* Dion. Hal. Antqq. pag. 850, 3. R. *ἀπέστειλε φέροντάς τι καὶ χρυσίον.*

τὸν Ἄφνιν] Articul. ex Urs. restituit. Vill.

ἀλύοντα περὶ τὴν θάλασσαν] Hoc ordine collocavit verba Cour. auctoritate codd. AB. quibuscum faciunt Parr. I. II. Urs. Idem etiam ex suis libris scripsit *θάλασσαν* pro *θάλατταν*. — Par. III. mrg. *ἴσως ἀλύζοντα.*

ἀλύοντα] Solus in hoc Attico scriptore *ἀλύοντα* cum spiritu aspero edidi, quod Attici, qui ideo *δασυνταὶ* appellantur Tzetzae ad Hesiod. Op. v. 156. et 450. (dum contra Aeoles dicebantur *ψιλωταὶ* seu *ψιλωτικοὶ* Eustathio ad Il. Y. p. 1262.), multas voces asperarunt, inquit *Pierson.* ad Moer. p. 179. quas reliqui Graeci cum spiritu leni efferebant, quales sunt *ἄθυρμα, ἀνύειν, ἀφρός, ἄδην, ἁμίς, ἀραιός, ἀλεαίνειν, ἄρκνες, ἀλύειν* κ. τ. λ. De significatione autem vocis sic *Dorv.* ad Char. p. 47. [p. 227. Lips.]: „Herophilus apud Erotian. in *Ἅλυσμὸς* ponit *τὸ ἀλύειν συνώνυμον τῷ πλανᾶσθαι.* Quod refutat Lexicographus; sed sane *vagari* apte redditur, quia vagi etiam saepe non sine moerore et curis.“ Dorv. addit duo exempla; unum ex Heliod. l. II. p. 116 [immo 112. n. 30.] alterum ex Ael. V. H. l. IX. c. 25. Liceat addere Heliod. l. II. p. 97. [c. 22.] coniunxisse *ἀλύοντα καὶ πλανώμενον.* Supra apud eundem p. 93. [l. II. c. 21.] *ἐναλύοντα ταῖς ὄχθαις in ripa oberrantem.* Xenoph. Ephes. l. I. p. 17. *οἱ μὲν καθεύδοντες, οἱ δὲ ἀλύοντες* et l. V. p. 80. *περιήει τὴν πόλιν ἀλύων.* Vill. p. 64. — Lucian. D. Mar. XIII. 1. *ἡ δὲ παρὰ τὰς ὀχθὰς ἀλύουσα καὶ ἐπεμβαίνουσα καὶ λουομένη — ηὔχετό σοι ἐντυχεῖν.* V. *Iacobs.* ad Ael. H. A. t. II. p. 112 sq. Lucian. de morte Peregr. c. 3. *διὰ τοῦ γυμνασίου αὐτῶν ἐπήκουον ἅμα Κυνικοῦ τινος* egregie correxit Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 800.: *διὰ τοῦ γ. ἀλύων*, quae emendatio, illa Struvii Lect. Lucc. p. 229: *διὰ τοῦ γ. αὐτῶν ἰὼν* multo praestantior, simili Plutarchi loco Pyrrh. c. 16. firmatur: *ὁ Πύρρος ἀπέκλεισε μὲν τὰ γυμνάσια καὶ τοὺς περιπάτους, ἐν οἷς ἀλύοντες ὑπὲρ τῶν πραγμάτων λόγῳ διεστρατήγουν.* Male igitur Passow. in novissima lex. editione s. v.: *In örtlicher Beziehung umherirren, umherlaufen scheint es nicht gebraucht zu sein*; quam huius V. D. sententiam falsam esse etiam compos. *ἐναλύω* demonstrat. Philostr. Imm. l. I. c. 11. *ἡ κόμη δὲ ἡδεῖα μὲν καὶ καθ' ἑαυτήν, ἐναλύουσα μὲν τῷ μετώπῳ,*

συγκατιοῦσα δὲ τῷ ἰούλῳ παρὰ τὸ οὖς, καὶ χρυσοῦ τι ἐπιφαίνουσα· ubi v. *Iacobs.* p. 266. et locus Heliodori iam a Vill. citatus l. II. c. 21. ubi Coraes: *ἐναλύων*] *Πάνυ κυριολεκτικῶς· ἐμφαίνει γὰρ ἀμφοτέρας τὰς σημασίας τοῦ Ἁλύω, τήν τε τοῦ Πλανῶμαι, τῇδε κἀκεῖσε περιστρέφομαι, καὶ τὴν τοῦ Ἀδημονῶ ἢ δυσθυμῶ* etc. Ceterum confer. *Wyttenb.* ad Plutarch. t. I. p. 231 sqq. Oxon. Quod autem cum Villois. *ἁλύοντα* edidi, id propterea factum est, quod sic **A** et **B** habere videntur. Cf. de vocis scriptura Bekk. Anecdd. p. 380, 20 sqq. et inprimis *Gaisford.* ad Suidam. col. 221.

ὡς κόρη] Urs. Parr. III: *γυνή*. mrg. ei. cod. *κόρη*.

μηδὲν, μηδὲ] *μηδὲ* ex Urs. et Amyot. revocavit Vill. Videntur etiam **AB** habere.

καλὸν καὶ κρεῖττον] *καὶ* recepit Cour. ex **A**.

περιεργασάμενοι] restituit Vill. ex Urs. Parr. l. II. Non dissentiunt **AB**. Vulg. *περιεργαζόμενοι*.

ἐπὶ τὴν ναῦν] Sic Cour. **AB**. Vulg. *εἰς τὴν ν.*

κλαίοντα] Sic omnes libri. Villoisonus, Atticismi studiosus, edidit *κλάοντα*.

ὄδωρ] Deest in Parr. Amyot. **B**. Legitur in **A**. mrg. Par. III.

αὐτὴν] Flor. Parr. l. II: *αὐτῇ*. **B**: *αὐτή*.

CAP. XXIX.

φερομένου] Sic vulg. et **B**. *χεομένου* Flor. Urs. marg. Par. III. et **A**.

ἰδὼν τὴν Χλόην] Sic **A**. Vulg. *ἰδὼν δὲ καὶ τὴν X.*

ἐμπύρευμα] Iulian. p. 269. D. *ἐμπύρευμά τι σμικρόν* SCHAEF. p. 346.

σὺ δὲ σοὶ] Sic Vill. ex Urs. Vulgo *σὺ δὲ μοί*. Par. III: *σοὶ δὲ μοί*.

ποι μαχράν] Restituit Vill. ex Flor. et mrg. III. Par. qui buscum facit **A**. Vulgo *μοι μαχράν*.

ἴθι δή] Flor. Urs.: *ἴσθι δή*.

μὲν ἐγὼ] Sic Cour. ex **AB**. Vulg. om. *μέν*.

ἐδιδαξάμην] i. q. *ἐδίδαξα*, quod notandum. Sic et p. 87. l. 12. *διδαξαμένην*, ubi male H. Toll. Aristophan. Nub. 783. [ubi tamen v. *Hermann.* p. 99.] *οὐκ ἂν διδαξαίμην δ' ἔτι*, quod

non debebat Reizio suspectum videri. Sed et in aliis huius verbi formulis activi mediique usus est promiscuus. Vid. *Hemsterh.* ad Aristoph. Plut. p. 4. SCHAEF. p. 346. Bion. II. 9. *Porson.* ad Eurip. Med. 297. Nonn. Dionys. 48, 233. (p. 1260.) PASSOW. Cf. *C. Iacobitz.* ad Lucian. Toxar. p. 29. et ad Vitar. Auct. pag. 89.

χαρίζομαι δέ σοι] *σοι* vulgo omissum restituit ex Urs. et Amyot. Vill. Habent etiam **AB**.

CAP. XXX.

ἅμα τῷ φιλήματι] Sic Cour. ex **AB**. Vulgo *ἅμα καὶ τῷ φιλήματι*.

ἀκούουσι] Ne quis fidem talibus abroget, inveniet apud Aelian. *περὶ ζω.* l. VIII. c. 19. parem et geminam prorsus historiam de porcis, qui pariter suos raptores cum navi dedere pessum. Eam et Plin. l. VIII. c. 51. breviter sic refert: *Compertum agnita voce suarii furto abactos merso navigio inclinatione lateris unius remeasse.* IUNGERM.

θάλασσαν] Sic Cour. nihil quidem adnotans. Vulg. *θάλατταν*.

Δάφνις ἀνυπόδητος] Quod Schaefer. intulerat *ἦν*, id improbat Mell. Critt. p. 44.

καυματώδους] Est Bernardi coniectura. Vulgo *καύματος*.

ἀπεδύσατο] Ita recte Cour. ex **A**. Vulgo *ἀπεδύετο*. Sequens imperfectum nihil facit ad vulgatam retinendam.

δύο βοῶν κεράτων] Ita Dutens ex Urs. Amyot. Sic etiam Parr. et, ut videtur, **AB**. Vulg. et III. Par. mrg.: *δύο βοῶν δύο κεράτων*.

ὀρνίθων] Deest in Parr. Amyot. **B**. Habet mrg. Par. III. et **A**.

αὐτῶν ἰχθύων] Schaef. de suo: *αὐτῶν τῶν ἰχθ.* et Cour. *αὖ τῶν ἰχθύων*. Ante nom. propr. cum *αὐτὸς* coniuncta articulum posse omitti, et ante nom. appellativa dativo casu ea significatione posita, ut denotent i. q. dativus cum praep. *σὺν* constructus (*αὐτῷ φόρτῳ* i. q. *σὺν αὐτῷ τῷ φόρτῳ*) articulum solere omitti (v. *Lobeck.* ad Phryn. p. 99 sq.) notum est. Talibus autem in locis, qualis hic est, utrum articuli defectus scriptoribus sit imputandus an librariis dubius haereo, quum sat magna copia sit exemplorum inprimis apud serioris aetatis scriptores,

ubi desideratur articulus. Cf. l. III. c. 14. αὐτῆς κατακλίσεως. c. 33. ἐν αὐτοῖς ἄκροις. Dion. Hal. t. VI. p. 1022, 8. εἴτ' ἤχοις, εἴτε τῶν δαιμόνων πνεύματι αὐτῷ κινούμενοι, apud quem quidem scriptorem, quum talibus in locis fere semper adsit articulus, etiam hoc loco scribendum puto: εἴτε τῷ δαιμόνων κ. τ. ἑ. sicut p. 1064, 11. αὐτὴν τὴν ἐκλογὴν pro vulg. αὐτὴν ἐκλ. Lucian. de Saltat. c. 35. καὶ περὶ αὐτῆς ὀρχήσεως τοσαῦτα. c. 80. ὀρχήσεως αὐτῆς καταγνωστέον. Eunuch c. 6. ἀλλὰ καὶ ἱερῶν αὐτῶν. De Astrol. 1. οὐκ αὐτέων ἀστέρων, οὐδ' αὐτέου περὶ οὐρανοῦ. c. 16. αὐτῆς ἀστρολογίης. Amor. c. 14. σάρκες — μήτ' ἄγαν ἐλλιπεῖς αὐτοῖς ὀστέοις προσεσταλμέναι. Navig. c. 44. ἀστέρων φύσιν καὶ αὐτοῦ ἡλίου. Pseudol. c. 15. σελήνης αὐτῆς. De Electro c. 6. χρυσὸς αὐτός. c. 8. βασιλέων αὐτῶν. Icarom. c. 1. ἀλλ' ἐν αὐτοῖς ἄστροις ἐποιούμην τὴν ἀποδημίαν. Plutarch. Mor. p. 693. D. ἐπ' αὐτοῦ πυρροῦ. Cf. 1043. B. quos duos locos affert Wyttenb. in Ind., quem praeterea cf. t. I. p. 290. sub fine vocis Αὐτός. Alciphr. l. III. ep. 55. c. 20. μέχρι στέρνων αὐτῶν αἰωρῶν. ep. 72. καὶ ἐξ αὐτῶν ἀνασπῶσι βαράθρων. Heliod. l. III. c. 17. καὶ γάμον αὐτὸν καὶ ἔρωτας. l. VII. c. 10. τραῦμα οὐ μέρους ἀλλὰ ψυχῆς αὐτῆς. l. X. c. 15. ἀληθείας αὐτῆς. Clemens Alex. Protr. p. 56. Pott. ὕδωρ δὲ αὐτὸ προστρεπόμενοι. Apud Eumath. omnibus fere in locis articul. desideratur. Huc pertinent ex parte etiam ea, quae habet *Schaef.* ad Greg. Cor. p. 303 sq. cf. eundem ad Demosth. t. III. p. 61. Vid. etiam *Ellendt* ad Arrian. t. I. p. 110. Quamquam praeteriri nequit, his in exemplis nonnulla eam habere excusationem, ut nomina, quae careant articulo, ex eorum sint numero, quae etiam alias saepe sine articulo posita inveniantur v. c. ψυχή, ἀλήθεια, ὕδωρ et sim.

CAP. XXXI.

καὶ σώζεται μὲν δή.] Sic Conr. ex A. ἐκσώζεται vulgo. De particulis καὶ μὲν δὴ cf. *Schaefer.* ad Demosth. t. II. p. 205 t. IV. p. 61.

διαφυγών] Cod. Par. III.: διαφεύγων.

ἔδοξε δή] Par. III.: ἔδοξε δέ.

ἐπέθεσαν] Hoc etiam loco critici iusto erant procliviores ad corrigendum. Wyttenb. coni. ἐπέχωσαν. Schaef. ἐπένησαν,

